



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Gasparis Megandri Tigvrini, In epistolam Pauli ad
Ephesios co[m]mentarius**

Megander, Kaspar

Basileae, 1534

VD16 G 3485

urn:nbn:de:hbz:466:1-36069



Th. 91.

valida. Si diocesanum est. in fine. Verum

GASPARIS MEGAN
DRI TIGVRINI, IN
epistolam Pauli ad Ephesios cō/
mentarius: Vnà cum Ioan/
nis Rhellicani episto/
la monitoria.

Nunc recens in lucem æditus.

BASILEAE EXCVDE
bat Henricus Petrus.

GASPARI MEGAN

DEI TIGRINI IN

epistolam Pauli ad Ephesios cō-

mentibus Vna cum loqui-

nis Rhetoricam episto-

la monitione.

Impressus in hacurthia.

BASILEAE EXCVB

posthincus / curis

OMNIBVS VERBI
 ministris in agro Bernensi pacem
 à deo Megander precatur
 plurimam.



VVM iam dudum cha-
 rissimi fratres, in Ephesia-
 nis annotationibus æden-
 dis nos uobis obligaueri-
 mus: uerebar ne non satisfactum esset
 uobis, nisi pollicita præstitissem. Et
 quia commentationes nostras, in Ga-
 latarum epistolam multis non ingra-
 tas fuisse accepimus, aded ut & eas,
 quas in Ephesiorum literas scripsimus
 efflagitaretis: mei officij esse ratus
 sum, datam fidem præstare. Proinde
 charissimi fratres, annotationes no-
 stras in Ephesios quemadmodū promi-
 simus, exhibemus nūc: easq; uobis de-
 dicamus nō ed, quod summam in illis

A 2 Theolo

giæ arcem (est enim meo iudicio hæc Pauli epistola omnium profundissima) collocemus; sed ut illam lecturis occasionem, uiamq; cogitandi ampliore faceremus. Cæterum quem admodum huc usque semper, ita & heic admonemus, ut uos qui alios docendi munus suscepistis, linguis operã detis & scripture fontibus uos ingurgitetis. Nam per omnia ex commentarijs sapere, quid aliud est, quàm ex hominum lacunis (qui per ignorantiam aut labi, aut per inanem gloriam decipi possunt) aquam haurire. Nolumus tamen heic omnia commentaria disuasisse. Ut tamẽ à prolixis dehortamur, ita succinctiora commendamus cuiuscunq; tandem sint, siue ueterũ, siue recentiorũ. Qua de re quia Rhellicanus frater noster, in epistola istius operis fini adiecta, fusius ex professo scribit, isthuc

EPISTOLA. 5

isthuc te relegans, finem facio. Ne igitur uel hisce nostris commentationibus, uel aliorum prorsus dediti sitis, rogo, & oro uos fratres in Christo dilecti, sed ut ἀντὶ ἐνδοξου ἑοδοῦ, id est, iusta pro methodo ad scripturæ sacræ lectionem pro tempore illis utamini. Valete ex Ber-

na XVIII Aprilis,

Anno M. D. XXXIII.

A 3 In

IN EPISTOLAM PAU-
LI AD EPHESIOS AR-
gumentum per Gasparem
Megandrum.

PAulus Ephesios antea in Euā-
gelico negotio à se institu-
tos, ad fidei constantiā ad-
hortatur, utq̄ dignos ea fructus ædāt:
néue ob afflictiones, & uincula, quę pa-
tiebatur, deficient, summopere eosdē
rogat, orat, obsecrat, & obtestatur.

CAPVT I.

DVO in hoc capite agit, primum
Ephesijs de accepta fiducia in
Christum gratulatur, dum beneficia
eis per Christum exhibita, diuinę pro-
uidentię encomio, cōmemorat. De-
inde eosdem haud frustra adoptiuos
dei filios esse factos probat: sed quem-
admodum Christus mortalitate prius
exuta,

exuta, cum patre suo regnat, ita & ipsos iure ad optionis, dei hæredes & Christi coheredes, unà cum illo regnatos esse.

Gratia uobis.

Scilicet obtingat, id est, opto uobis deum fauentem, & propitiū. De quo plura diximus in Galat s, super caput primum & sextum ubi duplicē pacem descripsimus.

Benedictus deus.

Exordium est à commendatione diuine beneficentiæ nobis per Christum præstitæ, sumptum.

Qui benedixit nos.

Id est, ditauit, locupletauit, adeoq; donauit, est enim Hebraismus, qualis & ille, id est, libro Samuelis capite uigesimo quinto ubi Abigail Dauide loquēs, ait: Suscipe benedictionē, hoc est, munus, seu donū, id quod textus circū

A 4 stantia

8 COMMENT. IN EPIST.

stantia ibi planè indicat. Cæterū quod addit, spiritali, & in cœlestibus ad differentiā carnalis benedictionis, factum est, qua Israhelem suum deus persecutus est: Christo, id est, in Christi filij sui gratiam, nullo nostro merito, id quod ex sequentibus patet.

Quemadmodum elegit nos in ipso.

κατὰ ἀνθρώπων ἔργα per occupationem tacite questionī respōdet, dixerit enim aliquis: Quī fit, quod tantis beneficijs nos dignatus est deus, quis unquā hęc de ipso meritis est: Respondet Paulus nullius hominis merito, sed benignitati, ac electioni diuinę hęc beneficia accepta sunt referēda. Atq; ad hunc modum cōmodissimè ad locum communem de prouidentia dei digredit. Porro quid prouidentia dei, & quo modo tractanda sit uide Zuinglij libellum, in quo p dignitate hoc negociū tractat.

Vt

ut essemus sancti.

Hoc est, integri, & deo addicti. Sic enim hoc loco capitur sanctus, quem admodum sanctificandi uerbum in Exodo, ubi dominus inquit: Sanctifica mihi omnia primogenita, id est, dedicato, & mihi propria fac. Hunc sensum germanum esse, sequentia comprobant.

Et irreprehensibiles coram illo &c.

Disertè addidit coram illo per charitatē, ut scilicet externam, ac humanā iusticiam excluderet, quæ in ceremonijs, & constitutionibus humanis sita erat. Notabis autem charitatem heic per metonymiam, etiam pro fiducia, & spe in deum accipi: charitas namque utriusque affectus *ἡ ἀγάπη ἐστὶν ἐν τῷ θεῷ*. Vnde apparet ea demum bona opera esse, quæ ex fide, spe & charitate in deum tanquam ex purissimis fontibus promanāt. Annotabis & hoc quod

A S nihil

IO COMMENT. IN EPIST,
nihil uiribus nostris arrogandum sit,
eo quod Paulus heic scribat, sanctitatē
& charitatem nostram diuinæ electio-
ni tribuendam esse.

Vt adoptaret in filios.

Amplificatio est diuinæ prouiden-
tiæ, & benignitatis erga nos, quasi di-
ceret, non solum sanctitate, & charita-
te diuina nos donauit, sed etiam in fili-
os suos adoptauit.

Per Iesum Christum.

Ille nanq; genuinus dei existens fi-
lius patri nos reconciliauit, ita ut illius
opera, filij & hæredes dei, & cohære-
des ipsius facti simus, idq; per fiducia
in eundem.

Iuxta beneplacitum uoluntatis sue.

Vt humanum meritum eleuaret,
gratiam autem & gloriam dei magni-
faceret, toties inculcat electionem di-
uinam

uinam. Sic Christus Apostolis loquitur: non uos me elegistis, sed ego uos.

Vt laudetur gloria gratiæ suæ.

Idest, ut cedat in laudem, & gloriam gratiæ suæ gratuito nobis datæ. Idem docet Paulus Rhomanorum no: Vt notas, inquit, faceret diuitias gloriæ, & gratiæ suæ. Vnde apparet unice gloriæ & gratiæ diuinæ acceptum ferendum esse quod sumus filij dei: Necessè est igitur arbitrium nostrum seruum potius, quàm liberum esse, & omne meritum humanum, ad nostri iustificationem nihil facere.

Qui charos reddidit

Hoc est, sibi ipsi nos reconciliauit, per dilectum suple Christum,
illius

12 COMMENT. IN EPIST.

illius namq; merito iustificati sumus.

Per quem habemus redemptionem &c.

Per distributionem Rhetoricā docet, quibus modis deus nos sibi per Christum charos reddiderit.

Redemptionem peccatorum &c.

Appositiue hæc subiunxit, ut sciretur, quid per redemptionem intelligi uoluerit.

iuxta diuitias gratiæ suæ.

Id est, pro copiosa sua gratia. Est enim Hebraismus. Diuitiæ gratiæ, pro diues gratia.

In omni sapientia.

Quid sapientia sit. Zuinglius bonæ memoriæ in libello de prouidentia dei capite secundo pagina septimo definit. Sapientia, inquit, est uis, & potentia summi intellectus. Videtur autem Paulus ad humanam hæc alludere, qua Ephesij uel in primis pollebāt,
quasi

quasi diceret, ubiq; terrarū plurimū
mundanæ sapientiæ tribuitur, & ma-
gnificiēda est: at per Christū diuina
& summa nobis sapiētia donata est.
Hæc obseruabis dei cognitionē sum-
mam esse sapientiam, qua deum pa-
trem creatorem nostrum, & Christū
seruatorem cognoscimus. De qua ui-
de Oseam capite secundo, & sexto.

Patefacto nobis arcano.

Per arcanum uoluntatis diuinæ, E-
uangelium gentibus quoq; communi-
candum intelligit. Paucissimis namq;
Iudæis persuasum erat, genteis quoq;
per Euangelij prædicationem Christo
credituras esse.

Iuxta beneplacitum.

καὶ ἐκ τῆς ὁμοιοῦσιν tacitæ quæstioni
occurrit, quæsiuisset em̄ aliquis, quare
deus hoc mysterium iam pridem non
manifestauit. Respondet itaq; Paulus,
quia

quia ei sic uisum est.

vsq; ad dispensationem plenitudinis.

Id est, usque ad tempus iam olim ab ipso constitutum. Idem docet l' au-
lus Galatorum quarto, & Rhoimano-
rum decimo sexto, sub finem. Heic di-
scimus non omnia consilia dei huma-
na ratione indaganda esse, sed quæ-
dā ultro nescire, ita ut illud, qđ Paulus
alibi scribit, semper in ore habeamus:
Nolite, inqt, plus sapere, quā oportet.

vt summam instauraret omnia.

Argumentum est à causa finali,
quamobrem deus hoc consilium, de
gentibus quoque per Christum sal-
uādis, tam diu occultauerit: ut scilicet,
omnia summam complecteretur in
Christo, quę seorsim cū ludæis copio-
sè egerat, & de gentibus apud se cōsti-
tuerat. Tantum enim græcū uerbum
ἀνακεφαλαιώσασθαι potest, quasi diceret
id quod fusius dictū est in summā, seu

cōpendium redigeret, id quod Rheto-
res sepe faciūt. Heic docendum puto,
summā cultus diuini per Christū no-
bis esse traditā, ita tamen, ut nihil prae-
termiserit, quod ad nostri iustificatio-
nē ptineat, ideoq; papistas non minus
stultē, quā impiē nobis suas nānias,
hoc est, cōstitutiones obtrudere. Cete-
terū quis uerus dei cultus sit, ex secūdo
& sexto capite Oseæ discite.

Et quae in caelis sunt, & quae in terra.

Hoc est, tā caelestia, quā terrestria
omnia. Est em̄ μετανομία cōtinens pro-
cōtento, & locus à sufficiēti diuisione.

Per quem & in sorte nati sumus.

Elegās μακρολογία est, in qua benefi-
centiam dei nobis per Christum exhi-
bitā, miris coloribus depingit, quod
scilicet, citra nostram operam benefi-
cij tanti participes facti simus, ut gratu-
itō, per meram fiduciam in Christum
Iesum, saluemur. Estque translatio,
ab

ab his quibus nonnunquam dormien-
tibus splendidum munus per sortem
obuenit. Neq; à uero abhorret, Paulū
ad factum Israhelitarū alluisse, qui ter-
ram inter sese sorte diuiserūt. De quo
uide Iosua, capite decimo quarto, &
Psalmo decimo quinto.

Cuius ui sunt uniuersa.

Quum Paulus heic omnium rerū
creationē Christo tribuat, inde sequi-
tur illum palam uocare deum. Solus
namq; deus autor & conditor omniū
est, in quo, ex quo, & per quem, (ut i-
dem Paulus in Rhomanis testatur) o-
mnia & fiūt, & facta sūt. Tu si plura ad
hoc negotium spectātia legere cupis,
uide aureū Zuinglij libellum de pro-
uidētia dei capite tertio, pagina deci-
mosexto, facie secunda.

Vt simus in laudem.

Id est, ob hāc causam asciti sumus in
hæreditatem

hereditatem cœlestē, ut decori, orna-
 mento, & glorię deo patri simus. Idēq̄
 tum fiet, si firmam fiduciam, in filium
 eius Christum Iesum fixam habueri-
 mus. Hoc enim significare uult Pau-
 lus, quum ait, *Τοὺς προηλωμένους ἐν τῷ χρισ-
 τῷ*, id est, nos, qui prius sperauimus
 in Christo. Quemadmodum nanq̄ is-
 demum filius carnalem suum patrem
 rectē honorat, & ornat, qui ita ab eo
 pendet, ut se totū ad illius uoluntatem
 comparet: ita ij demum cœlestis patris
 filij sunt, qui iustis illius morē gerunt,
 nihilq̄ his antiquius esse putant. Nam
 quū hæc uox patris nostri cœlestis sit
 Matthei tertio: Hic est filius meus dile-
 ctus, quem unice diligo, hunc audite:
 par est, ut quotquot nomine filiorum
 dei censemur, hanc patris uocem ita
 audiamus, ut nihil prius, nihil antiqui-
 us Christi doctrina habeamus, quippe

B quod

quod tam accuratè nobis à communi
patre commendatus sit.

In quo speramus & nos.

Quum hic locus uariè à ueteribus
interpretibus legatur, ut doctissimus
Erasmus in suis annotationibus osten-
dit, mihi magis placet *ὑμῖς* uos pronomen
secundæ personæ, quàm *ἡμῖς* nos
primæ personæ, & hoc cū propter præ-
cedentia, tum sequentia. Prius enim di-
xerat, & se, & alios omnes (quotquot
ubiq; essent) Christianos in laudē gra-
tiæ dei fore, qui priores in Christum spe-
rauerant. Nunc subiungit, in quo, id
est, in quem Christum & uos suple, spe-
rauistis, uel speratis, audito uidelicet
uerbo ueritatis, id est, Euāgelio salutis
uestre. Et per consequens nostra quoq;
fiducia, & spes in laudem gloriæ diui-
næ cedit. Duo autem circa hunc locū
obseruanda puto. Primum, quàm ne-
cessaria

cessaria sit etiam externi uerbi predica-
tio, quod scilicet per eam, tanquā me-
dium, in dei patris, & Christi cognitio-
nem perueniamus, iuxta illā Pauli gra-
dationem Rhomanos decimo: Quo-
modo autem credent, de quo non au-
diuerunt? quomodo autem audient
absq; predicante? &c. Deinde quod e-
uangelium sit uerbum ueritatis, id est,
uerum, & salutis, id est, salutiferū. Per
hoc enim Christus nobis ostenditur,
qui unica nostra iusticia, salus, lux, ueri-
tas, & uita est, si modo fiduciam in illū
posuerimus.

Obsignati estis spiritu sancto &c.

Id est, cōfirmati estis, est em̄ trāslatio
à tabellis facta, quę tum demum ratę,
ac firmę fiunt, quum obsignantur: eo-
dem modo spiritus sanctus ut idē Pau-
lus Rhomanos octo inquit) testatur u-
nā cum spiritu nostro, quod simus filij

B 2 dei.

dei. Obseruabis autem Hebraismum esse, spiritu promissionis, id est, promisso. De quo Ioannis decimoquarto: Ego rogabo patrem, & alium consolatorem mittet uobis (ut maneat uobiscum in eternum) spiritum ueritatis &c. Et Ioannis decimosexto: Quum uenerit ille, qui est spiritus ueritatis, ducet uos in omnem ueritatem. Heic de spiritus sancti officio differendum est, quod scilicet illius sit, nos consolari, certos reddere de salute, & omnem ueritatē docere. Porró quū idem spiritus à semet ipso nihil loquatur, sed quęcunq; audierit, subaudi à patre, & filio, unde & procedit, docebis prædicta illius officia patris quoq; & filij esse, si ad essentię unitatem respicias. Siquidem Christus ipse Ioannis decimoquarto se uiam, ueritatem, & uitam esse prædicat. Sin uero ad uniuscuiusq; proprietatem respicis,

cis, spiritus sancti proprium officium est,
quod modo recensui.

Qui est arrabo hereditatis nostræ.

Id est, certissimum testimonium.
Metaphora à cōtractibus sumpta, qui
tum demum rati habentur, quum arra
bo datus fuerit, id quod in ædiū distra
ctione, & in sponsalibus maximè fieri
solet. Diuēdita nanq; domo, arra, ger
manicè ein gotzpfennig, datur, facto
autem cōnubio, sponsus anulum spon
sæ suæ dat. Ad eum quoq; modum, a
nimas nostras Christo desponsari, hoc
loci commonefacies, idq; fieri, quoties
illæ Christo sponso fidētes, per spiritū,
tanquam arrabonem certificantur.

In redemptionem adquisitæ possessionis &c.

Quasi diceret ob signati estis, & ad
optati in certam, & iam adquisitam re
demptionem per Christū Iesum. Qui
cunq; enim illo fidit (ut ipse in Euange

B § lio

lio Ioannis inquit) uitā habet æternam
& in iudicium nō ueniet. Hęc demon-
strandū erit, quomodo redēpti simus
& manumissi per Christi mortem, ex
grauissima uidelicet animarum capti-
uitate, & seruitute, quam primæui no-
stri parentis uitio seruieramus.

In laudem gloriæ ipsius &c.

Ἀκούστω est, coniunctione copulati-
ua, & omissa. Sensus enim est, non solū
obsignati estis per spiritum sanctum in
redemptionem hereditatis, sed etiam
in laudem gloriæ ipsius. Id quod tum
fit, quum uitam uestram ita instituitis,
ut illi ornamento, & gloriæ sitis. Quod
qui nō faciunt, & nihilominus se Chri-
sti sponsi sui nomine uenditāt, perinde
eū dedecorant, atq; uxor illa, quę splen-
didum sponsum, & honestum habet,
ipsa uero turpi, & inhonesta uita eum
dehonestat. Quū enim in eādē peri-

cope

cope uerfetur adhuc Paulus, in qua ar
 rabonis supra meminit, uero simile est
 eum ad superiorem translationem al
 ludere.

Quapropter & ego &c.

Epilogus est particularis repetit enī
 superiora, fidē uidelicet, & charitatē,
 atq; sic beneuolentiam apud Ephesios
 à sua & ipsorum persona, quemadmo
 dum in exordijs mos est, captat: dum
 mirificum studium suum erga illos de
 clarat, fidemq; illorum & charitatem
 commendat.

Pater gloriæ.

Id est, ut gloriosus, & cœlestis pater
 uos spiritu sapienti locupletet, uos ue
 rē sapiētes reddat. Quod autem sapien
 tiæ cœlestis uocabulum toties repetit,
 atq; inculcat, hinc factū est, ut eam hu
 manę sapientię, qua Ephesij præ ceteris
 gentibus turgidi erāt, opponeret. *Idē*

B 4 oq̄

oꝛ tu lector quisquis es, hinc docer^e
 potes id, quod idem Paulus primo Co
 rinthiorum primo docet, humanam
 prudentiã planè ex diametro cum diui
 sã pugnare. Siquidẽ humane acrimo
 uie nihil æquæ stultum uidetur, atq; si
 stificatur, dei filium assumpta humana
 natura uictimam factam esse pro toti
 us mundi peccatis. Proinde neminem
 ex mundi sapientibus saluari posse, ni
 si abdicato animo, & ingenij acumine
 submisso, diuine prudentie, que mun
 do stulticia uidetur, subscripserit.

Et reuelationis.

Spiritus sanctus ideo spiritus reuela
 tionis uocat, quod mentem, animum,
 uoluntatẽ, ac opera dei nobis reuelet,
 adeoq; omnia, quibus ad eternã uitam
 consequendam opus habemus, sugge
 rat. De quo uide Christi uerba Ioan
 nis decimosexto.

Per

Per agnitionem sui.

Hoc est, ut ipsum patrem de die in diem magis, ac magis agnoscamus. Nam ut idem Paulus alibi in Corinthiis scriptum reliquit, ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus.

Quæ sit spes.

Id est, hoc quod speratis, & oculis carnalibus intueri non potestis, iuxta illud Pauli Rhomanorū octavo: Spes quæ uidetur non est spes. Et iuxta fidei definitionem Hebræorum undecimo. Nam spes in presenti loco pro sperata, κατὰ μετάληθω, id est, transumptionem accipitur.

Et quàm opulenta gloria.

Hoc est, quàm gloriosa, & opulenta hereditas sanctorum illius, id est, fideles omnes maneat, quæ oculis carnalibus perspici non poterit, nisi prius anima in purgatum corpus redierit.

B 5 Excellens

Excellens magnitudo.

Mirificę potentię & efficacię indicium est, quod deum non solū cognoscimus, sed illi fidimus, quē prius neq; noueramus, neq; eidē fidebamus. At cum illa efficacia solius dei sit, ei omnia accepta ferenda esse decet, utpote qui filium suum misit in mundum, ut carne nostra assumpta, alegeret, sudaret, esuriret, sitiret, & tandem amarissimā mortem passus: & sua, & patris potentia resuscitatus, cœlū peteret. Hęc docebis, non minus arduum esse, nos ex animo in Christum credere, quā illum ex mortuis suscitari, utrunq; em̄ non humanarum uirium, sed diuinę potentię, & efficacię est.

Et sedere sicit ad dexteram.

Hoc est, ad cœlestia illum euexit, suęq; potentię, glorię, & maiestatis participem fecit, idēq; κατ' ἀμοίωσιν, id est, alterationem

alterationem, siue cōmutationem naturarum, de Christi humanitate diuinitati tamen unita propriè intelligendum est: nam iuxta diuinitatem patri semper æqualis fuit, & ab eo nunquã seiunctus. Quod autem dextera dei in hunc sensum capiatur. Locus Matthæi uicesimo: de filijs Zebedæi docet, quorum alter Christo à dextris, alter à sinistris sedere cupiebat. Docet & cōmunis fermè omniũ gentiũ mos, quo honoratiores dextrũ latus nobis claudere in deambulando curamus.

Supra omnem principatum.

Hęc (ut modo admonuimus) de Christi humanitate propriè intelligi debent, illa enim omneis creaturas, quantumuis nobiles, excellentes, & magna potestate præditas, excellit, dũ ex omnibus creaturis (diuinitati tamen coadunata) ad dextram dei patris
sedet

patris sedet, hoc est, eandem potentiam, & maiestatem, quam pater, habet.

Omne nomen.

Id est, omnis creatura *κατὰ συνει
δωχὴν*, id est, comprehensionem, quod nominatur, id est, quæ est, iuxta illum Hebraismum Luce primo: Et filius altissimi uocabitur. Non solum in hoc seculo, id est, terrena, & mundana creatura. Verum etiã in futuro, hoc est, cœlestis, seu angelica creatura. Atque hunc sensum esse natium Petri uerba in priore epistola capite tertio ostendunt, ubi inquit: Qui est ad dexteram dei profectus in cœlum, subiectis sibi angelis, potestatibus, & uirtutibus. Ci tra hunc locum doceri potest, quomodo reliquæ creature participes fiãt gloriæ Christi, quum ipse dicat: Vbi ego sum, isthic & minister meus erit. Atq; docendum, omnes quidem pios (iuxta Christi

Christi sententiam) ipsius glorię, & regni participes fore, sed tamen unumquę in suo ordine, ut idem Paulus primo Coninthorum decimoquinto explanat.

Et omnia subiecit.

Synonima, seu interpretatio est superiorum. Quasi diceret ut totā rem uno uerbo cōplectar, deus omnia sub pedes ipsius subiecit, hoc est, potestati illius omnia subdidit. Talem nanque Hebraismum heic esse putamus, qualis Actorum quarto est, ubi Lucas scribit, pretium diuendarum facultatū ad pedes Apostolorū esse positū. Atq; hec rursus de Christi humanitate proprię esse dicta putamus. Nā secundū diuinitatē ei omnia cū patre suo communia, & subiecta ab eterno fuerunt, sunt, & erūt. Quemadmodū uero illius humanitas hęc prerogatiuā in hoc seculo

seculo habuit, ut sola expers peccati esset, omnibusque creaturis anteferreret, sic & pater cœlestis uoluit, eam in futuro seculo præ omnibus creaturis honorari. Hec cōmonstrare poteris, quando dominus hostes suos uicturus sit, & quomodo de iisdē triūphaturus. Id quod Paulus 1. Cor. 15. ostendit, quū inquit: Mors ubi est uictoria tua.

Et eum dedit caput ecclesiæ.

Hoc est, principē cōstituit, quē admodum nāque caput præcipuū corporis membrū est, cuius bona habitudine, cætera quoque mēbra sana sūt, mala aut illius habitudine, ægrescūt, sic & nos Christi capitis nostri mēbra, & malos, & bonos, illius participes sumus. Itaque quū illud post multas afflictiones exhaustas in hoc mūdo, mortuū sit, & resurrexerit, hæc quoque moriētur, ac resurgēt. Quū illud cœlos ascēderit, & ad dextrā patris cōsederit, hæc quoque eo

dē scandēt, & gloriæ cœlestis participes erūt. Atq; hoc est qđ Ireneus *ἀπὸ τοῦ* *ἰστοριῶν* dixit: nos à Christi corpore in resurrectionē cibari. Nā Christi resurrectio fideles corroborat & certos facit, qđ ipsi quoq; & corpore, & anima resurrecturi sint, & in uitam eternā ingressuri. Nisi em̄ reuixisset, frustra omn̄eis aduersitates, & tandē amarissimā mortē p̄pessus esset, nec nobis adiūtū in cœlū parauisset. In hūc usum Paulus tot uerbis mortē, resurrectionem, ascensionē, adeoq; gloriā Christi describit. Hēc p̄ occasionē docendū est, qđ sit ecclesia, uidelicet concio populi diuini, qđ ex spiritu sancto, piā uitā, ac deo dignā agit. Sic em̄ Christus Ioan. 3. inqt: Nisi q̄s natus fuerit ex aqua, & spiritu, nō potest introire in regnū cœlorū: Pręterea Ioan. 10. & 16. Hac definitione ecclesię iā cōtenti sumus, infra em̄ ca. 5. eiusdē diuisionē subiūgemus.

Omnia in omnibus adimplet.

Id est, operatur, ac efficit. Quēadmodū em̄ ex capite carnali, uitales humores in totū corpus dimanant: ita & Christus corpori suo mystico uitā, & salutē eternā cōfert. Quę opatio de sola Christi diuinitate, κατ' ἀμοίωσιν, id est, cōmutationē naturarū intelligēda. Solus nāq; deus oīa opatur in omnibus, iuxta illud Esaię 45: Ego sum dñs, & p̄ter me nō est alius. Iob 9: Qui extēdit coelos solus, & 23. Hinc igit̄ docebis Christū quidē secundū diuinitatē solā esse caput ecclesię, siq; signatē & ppriē loq̄ uelit, attamē fatius esset, ut dicā κατὰ συνεκδοχὴν, id est, per cōprehensionē totū Christū ex humanitate, & diuinitate cōpactum, caput nostrū esse: pp̄t̄erea q̄ scriptura ita loquat̄. Interim tamē hi nō sunt audiēdi, q̄ naturas Christi cōfundunt, & humanitati tribuūt, quod solius diuinitatis est.

DOcet Christū & Iudeos, & gentes deo patri reconciliasse, & ex utroq; populo unam ecclesiam fecisse:

Et uos quum essetis mortui &c.

Ἀνεστῆναι ὑμᾶς ἵνα id est, non absoluta sententia est. Deest enim conuiuificauit uos per Christum. Nam nihil aliud significare uult, quā quod oēs homines propter delicta & peccata æternę morti obnoxij sint: & quotquot salui futuri sint, per Christum uiuificentur.

In quibus aliquando ambulastis &c.

Exaggerat Ephesiorū peccata à rei circumstantijs: quasi diceret nō solū peccatis obnoxij fuistis, sed in illis ambulastis, hoc est, exercitati fuistis.

Iuxta seculum mundi huius.

Hoc est, quemadmodum mundus facere cōsueuit. Qualis autem mundi, hoc est, mundanorum affectus sit, Ioannis Apostolus in prima canonica sua,

C capite

capite secūdo docet: quum inquit: Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Quoniam omne quod est in mundo, ueluti concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & fastus uitę: nō est ex patre, sed ex mūdo. Hinc itaq; docebis decere eos, qui Christi nomine gaudent, ut uitā suam non iuxta seculi huius morem, sed secundum pręcepta Christi, capitis sui, instituant.

Iuxta principem & c.

Quis mundanę, adeoq; sceleratę uitę author sit, explicat, uidelicet diabolus, quem κατὰ συνειδησιν in aëre regnum obtinere dicit, quod ipso Christo testante, mundi, hoc est, sceleratorum omnium dux, & princeps sit. Quę admodum nanq; pij sub Christo imperatore militant, bonis rebus obediētes; sic è contra impij sub diabolo scelerato

rato

rato duce merent, dum illius iussis per omnia obsequuntur.

Qui est spiritus.

Explicat primum qualis princeps sit diabolus, nimirum spiritualis. Deinde in quos dominium suū exerceat, quippe in filios contumaces, qui natiuo suo principi Deo obedire nolunt, dum neglecta illius doctrina, suis cupiditatibus seruiunt. Cæterū cur deus demonibus potestatem tentandi homines dederit, uide Lactantium libro primo de opificio dei capite uigesimo.

Inter quos & nos omnes &c.

Ne uideretur solos Ephesios de transactis sceleribus arguere, & ob ideosdem offenderet. Rhetorico more, priuatam illorum culpam omnibus communem facit, quæ figura translatio à Rhetoribus appellatur.

C 2 In

In concupiscentijs carnis nostrae.

Id est, dū eramus carnales, dū uidelicet p̄ animi nostri libidine uiueremus, nullā rerū diuinarum rationē habētes. Caro nanq; heic pro toto homine sumitur, quantus quantus, qualis qualis est. Is em̄ gratiē dei expers non potest nō ea facere, quę carni, hoc est, sibi placent, iuuant, & profunt. Id quod deus ipse Genesis octauo capite testatur, in quiēs: Sensus & cogitatio humani cordis procliues sunt ad malum ab adulescentia sua. Et Paulus Rhomanos octauo: Affectus, seu prudentia carnis inimicitia est aduersus deum, legi diuine nō paret, siquidem ne potest quidem. Ex hoc igitur loco admonebis, hominem Christi spiritu uacuum, esse mancipium ambitionis, uoluptatis, auaritię, adeoq; omnium scelerum.

Et

Et eramus natura filij iræ &c

Hoc est, diuinę irę obnoxij. Estq̃ amplificatio per incrementum rhetoricum: quasi diceret nō solum ij stipendia apud diabolum, mundi principem faciebant, qui in manifesta scelera eruperant: sed & ij perpetuę damnationi obnoxii erant, qui ex trāsgressoribus, perfidis, & peccati mancipiis primęuis nostris parentibus Adamo & Heua, orti erant, etiamsi ipsi nondū quicquam peccassent. Paulus enim pulchrè ad seruatorum conditionem alludit, quorum liberi quoq; parentum culpa uacui, seruitutem seruire eatenus coguntur, quatenus per heri sui clementia manumittatur: Sic enim & nos eod' usq; peccati mancipia esse docet, & eterne damnationi obnoxios (quam per extenuationem iram dei uocant) donec Christo libertatis spiritualis assertori, ac uindici

C § nostro

nostro crediderimus. Obseruabis autem Paulum ideo tam sollicitè deprauatam nostram naturam nobis ob oculos ponere, ut calamitate nostra, & seruitute grauissima animaduersa, piorum libertorum instar, patrono nostro & liberatori Christo eò magis gratissimus ac beneficii magnitudinem agnoscamus.

Sed deus &c.

Ille inquam de cuius potentia supra dixi, quod tantæ potentia fuerit, ut filium suum mortuum uitæ restituerit. Si quidem hoc præpositiuus articulus apud Græcos potest, ὁ θεός, aut enim ἐμφανῶς, aut coherentiam cum præcedentibus significat, quorum posterius hæc fit. Diues in misericordia, dei epithetum est, quasi diceret deus ille, qui ultra modum misericors est. Quemadmodum namque diuites multarum rerum copiam habent:

ita

ita ut multa illis supersint: ita dei quoque misericordiam immensam esse Paulus ostendit. Quo circa hec docebis locum hunc miseras conscientias mirifice consolari. Quum enim nemo tam pius sit, quin multoties delinquat, ac peccet: magnae dei misericordiae opus habemus per quam peccatorum nostrorum veniam consequamur.

Propter multam charitatem suam &c.

Evidens Evangelij descriptio est per confirmationem rhetoricam. Totam namque iustificationis nostrae causam & vim describit. Siquidem deus pater prima, & efficiens illius causa fuit, qui (ut Christus ipse Ioannis tertio testatur) mundum adeo dilexit, ut filium suum unigenitum daret, per quem omnes, qui in eum credituri essent salvi fierent.

Eiam quum essemus mortui per delicta.

Exaggerat dilectionem dei erga nos,

C 4 idq;

idq; per amplificationem à circumstan-
tiis personarum: quasi diceret tum in-
quam dilexit nos, cum peccatis obruti,
& ut Rhomanos quinto inquit, inimi-
ci ipsius essemus.

simulq; cum eo resuscitavit.

Quandoquidem supra in Christi
capitis nostri conditione copiosius de
resurrectione illius diximus, heic eam
paucis absoluemus. Qui in Christo est
& anima & corpore resurget, ad cœlū
quoq; sicut ille ascendet, & ad dextram
patris consedebit. Nisi ma uelis de re-
surrectiōe spiritali *κατὰ ἀνώθησιν* intel-
ligere, ut carnali homini & mortuo p-
delicta opponatur. Cuius mysterium
idem Paulus Rhomanos sexto egre-
gie describit. Secū dum quem se n lum
deinde docere poteris, qualis uita spi-
ritualem, ac nouū hominem deceat,
nimirū ea, quæ spiritus sancti fructus
ēdat

ædat, de quibus Galat. quinto.

Ut ostenderet in seculis.

Per occupationem tacitæ quæstioni respondet. Quum enim aliquis interrogasset, quamobrem deus nos tanti faceret, ut cum filio suo inter cœlestes collocaturus sit, ideò inquit Paulus, ut olim gratuitum illius beneficiū in nos collatum, agnosceremus. Atq; ita idem hēc dicit: quod Rhomanorum nono: cum inquit: *Vt notas faceret diuitias gratiæ suæ erga uasa misericordiæ. Quā diu nanq; hēc sumus, omnia diuina tanq; in speculo, & per ænigma cernimus: in futuro autē seculo facie ad faciē, id est, clarissimè omnia perspiciemus, ut idem Paulus 1. Cor 13. testatur. Neq; uero illis magnopere contradixerim, qui hanc gratiæ opulentiam ad tempus reuelati Euāgelij referunt: propterea quod per il-*

C 5 lud

lud miram dei munificentiam experi-
amur. Quis enim non ingentes, diuiti-
as uocauerit, imò omnium diuitiarū
scaturiginem, dum cognoscimus no-
bis credentibus Christum non solum
peccata remitti, atq; cœlestis regni he-
redes fieri: sed per omnes terræ fineis
uocari, & allici, quotquot laborant, &
onerati sunt, idq; gratis, & nullo no-
stro merito. Quod equidē diuini pro-
phetæ ante multa secula prædixere,
in primis autem Heremias capite 31.
Vbi futurum esse præcinit, ut aliqui
ex omnibus gentibus dominum agni-
turi sint: id quod nimirum per Euan-
gelicam prædicationem factum est, &
usque ad mundi finem futurum fiet.
Atq; ita uterq; sensus tolerari potest.
Prior nanq; cum præcedentibus ma-
gis conuenit, posterior autem cum se-
quentibus.

Gratia

Gratia.

Elegans *περὸς τὸ δ' ὅτι* est, quomodo deus eminentem opulentiam suam erga nos ostēderit, uidelicet dum per merā gratiā suā nos ab æterna morte seruauit: idq; per fiduciam in Iesum Christum, quę diuinę gratię nobis impertitę certissima nota est in cordibus nostris. Cæterū fides, de qua heic Paulus agit, unius ueri, ac omnipotentis dei cognitio, ac firma in eundem fiducia per Christum Iesum. Ex qua definitione patet, eos non uerè fideles esse, qui uerbis dūtaxat unum deum, & filium eius Iesum Christum profitentur, re ipsa multos deos, hoc est, diuos, patronos suos, & reliquas creaturas dei loco uenerātur & colunt. Christus enim (teste eodem Paulo primo Timothei secundo) unicus dei, ac hominum mediator est.

Idq;

Idq; non ex uobis.

Quasi diceret Paulus, per gratiam quidem dei, mediāte fiducia in Christum Iesum saluati estis, at illa uirium uestrarum, & meriti non est, sed gratuitum dei donum. Quod autē subdit: Non ex operibus, ne quis gloriatur, omne heic meritum tollit, quemadmodum & in Rhom. capite undecimo facit, cum inquit: Quod si per gratiam, non iam ex operibus. Quandoquidē gratia, iam non est gratia. Sin ex operibus, non iam est gratia. Quandoquidē opus iam non est opus. Cæterū quod Paulus gratuitam dei beneficentiam per rhetoricam expolitionem toties Ephesijs inculcat, non temerè factum est. Norat em̄ uir diuinus uir humani ingenij arrogantiam, & presertim suę gentis supercilium, quæ benefactis suis iustificandi uim tribueret, quum ea
solus

folius dei sit, qui miseret, cuius, & quādo uult. Propterea tam multus ubiq; fermè in suis epistolis est in eradicādo hoc errore, adeò ut in Galatis scribat: Christum frustra mortuum esse, si per nostra opera iustificatio nobis eueniat. Ideoq; hinc docendum est, Christū ab ijs prorsus euacuari, et irritam illius mortem fieri, qui per missarum sacrificia, seu alia opera meritoria, saluari uolunt: id quod ex nono & decimo capite Epistolæ ad Hebræos liquido probari potest.

Nam ipsius sumus opus.

Per antypophoram tacitæ obiectiōni occurrit, ad hunc namq; modum quis obiecerit. Quod si per unicā dei gratiam iustificamur, nō igitur opus erit, quicquā boni amplius facere. Minime gentium, inquit Paulus, ipsius nanq; figmentum, & opus sumus, in
hoc

hoc & ficti, & conditi, ut bene de ipso mereamur, dum iussis illius obsequimur. Bene autem de ipso meremur, & illius dicto audientes sumus, quando ipsum ex tota anima, mente & corde diligimus, & proximum sicut nos ipsos. Porro is demum gratia dei, & fiducia in Christum Iesum perditus est, qui eiusmodi fructus addere pro sua uirili conatur. Econtra qui Christum, & Euangelium in lingua dumtaxat habet, nihil autem dignum illis facit, ille gratiam dei, nobis per Christum exhibitam frustra iactat. Atque ita Paulus hec nihil aliud agit, quam quod Iacobus in sua epistola capite secundo ubi ait: Fides sine operibus mortua est. Quae tamen locum non solum papiste, sed etiam preposteris quidam Euangeliste, partim ad meritum humanum defendendum detorquent, partim multis conuitijs proscindunt. Qua de re non est opus, ut plurimis agamus, quum non mi-

nus docte, quā piæ Huldrychi Zuinglij annotationes extēt, quæ Iacobi mentem probè explicant.

Vt in eis ambulare u.

Quum supra ab initio istius cap. dixisset: Ephesios in peccatis ambulasse, nunc per antithesim ait: dicere omnes eos, qui se de gratia & fiducia in Christū uēditāt, in bonis opibus ambulare, hoc est, bonorū operū studiosos esse.

Qua propter mementote.

Epilogus est particularis. Nā cū ad finē primi capitis dixisset: Christū ecclesiæ caput esse, & ab initio secundi capitis, docuisset Ephesios, atque adeo nos omnes, peccatis mortuos esse, & per Christi mortem uitæ æternæ restitutos; nunc concludit, atq; alijs uerbis, gentium in rebus diuinis miseriam repetens, docet Christum ita caput ecclesiæ factum esse, ut ex gentili, & Iuda

48 COMMENT. IN EPIST.
& Iudaico populo in ipsum credēte u-
nam, & eandem contionem coēgerit.
Atq; hæc altera istius capitis pars est,
quemadmodum supra monuimus.

Gentes in carne.

Id est, gētes carnales, a deo q̄ omni-
bus carnalibus affectibus deditę iuxta
illud Genesis sexto: Non permanebit
spiritus meus in homine, quia caro est.
Vocabimini præputium, hoc est, gens
prophana, & detestanda. Ab ea, quę
uocabatur circuncisio in carne, hoc
est, à Iudæis, quorum pellicula glādis
tantummodo circuncisa erat, cor autē
incircūcisum. Est enim metonymia,
signum pro re signata. ~~Vulchrè~~ autem
carnalem circūcisionem, & æternam
spirituali & internæ opponit, de qui-
bus Paulus Rhomanorum secundo:
Vbi tu docebis nos planè in hoc Iuda-
izare cū de baptisimi, & eucharistię sa-
cramentis

cramentis multū gloriāmur, utriusq;
 autem mysterium parui facimus. Quē
 admodum nanq; illi magnam operam
 dabant, ut circunciderentur, & agno
 pascali uescerentur, interim uerò cor,
 labia, & manus immunda erant, & deo
 pro innumeris in se beneficijs malè gra
 ti: sic & nos baptizamur, mensam do
 mini celebramus: at interim nemo est,
 qui baptismi mysterium recolat, uideli
 cet ut delictis moriatur, unà cum Chri
 sto sepeliat, & à uita scelerata resurgat,
 aut qui ex animo gratias agat Christo
 pro sui redemptione, & qui eius amo
 rem erga nos, in proximo diligendo i
 mitem. Quo fit ut pleriq; fucati tantum
 modo Christiani simus, quemadmodū
 illi titulo tenus Iudæi erant.

sine Christo.

Hoc est, sine rege spiritali, qui con
 scientias uestras reget, fuistis enim

D exleges

exleges. Quod autē per Christum, conscientiarum regem intelligo, hinc fit, quod *xριστος* unctum significat, qua ratione Christus ideo sic cognominatus est, quod conscientiarū nostrarū rex est: & quod sacerdos sit secundum ordinē Melchizædek, hoc est, iugibus precibus pro nobis apud deum patrē interpellat. Porro quemadmodum Ephesij quondā sine Christo fuerunt, sic & nos tametsi Christiani haecenus appellamur, tamen Christianissimi uim usq; ad restorationem Euangelij nesciuimus.

Abalienati à republica Israhelis.

Elegans metaphora est à iure ciuitatis sumpta: quasi diceret Paulus: Vos qui olim nullis priuilegiis Israheliticę ciuitatis fruebamini, quam dominus sibi peculiariter ex omnibus gentibus elegerat. Cæterum existimo Paulū hec

&

& de carnali & de spirituali Israhele lo-
qui, propterea quod uterq; testamen-
ta, & promissiones, ut mox sequit̄, sed
alter duntaxat sp̄e in deū fixā, habuerit.

Extranei à testamentis promissionis.

Per expolitionē rhetoricā aliis atq;
aliis modis rē eandē explicat. Quū em̄
nunc dicit Ephesios testamentorū pro-
missionis experteis fuisse, exponit cla-
rius quid sit à republica Israhelis abalie-
natum esse. Nisi tu malis esse distribu-
tionē generis in species, facies me non
admodum repugnante. Ceterum per
testamentum heic nihil aliud intelligo
quàm gratuitam peccatorum remissio-
nem, de quo Hieremiæ trigessimopri-
mo sic scribitur: Ecce dies ueniēt, dicit
dominus, & feriā domui Israhel, & do-
mui Iuda fœdus nouum &c. Obserua-
bis autem quàm pulchrè in metapho-
ra à republica sumpta perstet; nulla em̄
D 2 respub

respublica tam deplorata nunquam fuit, quin suas leges, priuilegia, & edicta quædam peculiaria habuerit. At quū deus ipse populo suo leges præscripserit, easq; Mofi ministerio tulerit, nulla unquā fuit respublica quæ melioribus, & æquioribus legibus usa sit. Hinc factum est, cur Paulus heic testamentorum, & promissionum mentionem fecerit.

Spem non habentes &c.

Quasi diceret: quāuis eterno dei consilio ad hanc rempublicā præordinati essetis, tamen dominus id consilii uobis nondum patefecerat, id quod ex eoli-quet, quod nullam in deum spem habuistis.

Deoq; carentes in mundo.

Vt, inquit, summatim omnia comprehendam, uerum deum non coluistis. Atq; ita tectis uerbis idolatriā eis exprobat

exprobat. Quod autem addit, in mundo, hinc factum uideri potest, quod iuxta eternam electionem, dei cultores essent, interim tamen iuxta mundi ritum uariis diis litantes, idololatræ essent, adeoq̄ uero deo carerent. Heic, si personarum, loci, & temporis ratio postulat, & in nostram idolatriam inuehi poteris, qua in papatu usi sumus.

Per sanguinem Christi.

Quasi diceret nullis uestris meritis, nec argento, nec auro, cœlestis ciuitatis ciues facti estis, sed pretioso Christi sanguine. Duo aut̄ hinc discēda esse puto, primo, quod solo Christi merito nobis aditus ad cœlestem regnū pateat, si salutis nostrę ancoram, & firmam fiduciam in illum posuerimus. Deinde humanum meritum ex hoc loco, & ad Hebręos nono nihil esse, liquidò patere.

D 5 Ipse

Ipsē enim est pax nostra.

Quū ab initio istius capituli dixisset Paulus, nos secundum depravatā nostram naturam irę dei obnoxios esse: nunc cōmoda antithesi pacem illi opponit, quam Christus inter deum patrem, & genus humanū fecit. Ille nāq; sequester, arbiter, adeoq; iustificatio, satisfactio, & expiatio nostri unica est.

Qui fecit ex utrisq; unum.

Per anthypophorā tacitę quęstioni respondet. Sic enim Ephesii, adeoq; omnes gentes quęsuissent ex Paulo. Quomodo uerisimile est nos per Christi sanguinem, dei propinquos esse factos, & cum eo in gratiam rediisse, quū omnes illius promissiones ad Israheliticum populum solummodo spectent? Hoc, inquit, modo, quod Christus ex duobus diuersissimis populis, unum fecit, ita ut iam quicumq; in illum credūt, cuiuscunq;

cuiuscunq; nationis sint, unius ecclesie
membra fiant.

Et interstitium macerie diruit.

Pulchra metaphora explicat, quo-
modo ex utrisq; unus populus fit fa-
ctus. Quemadmodū nanq; destructo
macerie interstitio ex duobus hortis,
seu domibus unā fit: sic & simultate in-
ter Iudeos, & gentes deposita, una con-
cio ex duabus coaluit.

Simultatem.

Quid per macerie interstitium in-
tellexerit, appositue subiungit, nempe
simultatē. Quam è medio sustulit per
carnem, id est, mortem suam carnalē,
ea nanq; ratione, ut idem Paulus ad He-
breos decimo testatur, utriq; populo
uiam fecit ad cœlum, uidelicet per ue-
lamentum, hoc est, carnem suam pro
nobis oblatam.

D 4 Legem

Legē mandatorū in decretis sitā abrogans.

Adhuc clarius rem eandem rhetorica expolitione exponit, quid scilicet per interstitium macerie, & similitatis intelligat. Quasi diceret Christus tum macerie interuallū destruxit, & similitatem, quæ inter Iudæos, & Gēteis uigebat, sustulit, quum legem mandatorum in decretis sitam antiquauit. Videtur autem Paulus heic de lege ceremoniali potissimum loqui, ut sunt ciborum delectus, & circuncisio, quæ gentibus semper exosa fuit, adeo, ut propter illam ingens dissentio in ecclesia Antiochensi exorta sit, ut est uidere Actuum decimo quinto. Quod uero de lege morali intelligendum non puto, hinc fit, quod illa perpetua legislatoris dei uoluntas sit: Ut ex Christi uerbis Matthei decimo quinto apparet, cum inquit: Non ueni ad abrogandā legem sed

sed complendū. Itē diligēs dñm deum
 tuū, & proximū tuū, ut te ipsum, ex his
 enim duobus mādatīs, & lex, & pro-
 phetæ omnes pendent. Hanc esse Pau-
 li mentem ipsa quoq; uerba haud ob-
 scurè prę se ferunt, disertè nanq; dicit:
 legem in decretis, hoc est, uarijs placi-
 tis & externis ritibus sitam. Proinde
 duo circa hunc locum docenda esse ar-
 bitror. Primum quid, & quatenus ab-
 rogatum sit in lege per Christum nem-
 pe cæremoniæ, & tyrannica legis exa-
 ctio. Id quod Zuinglius felicissimæ
 memoriæ in commentarijs suis de ue-
 ra, & falsa religione, copiosius docet,
 & nos in annotaciūculis nostris super
 tertio capite Galatorum pluribus uer-
 bis rem eandem docuimus. Deinde
 quum Paulus heic ait: similitatem u-
 triusq; populi inter se per Christi car-
 nem esse sublatam, hoc commune fa-
 D 5 ciendum

58 COMMENT. IN EPIST.
ciendum puto, Christum secundum
diuinam naturam suam, propriè lo-
quēdo, similitudinem sustulisse, ac omnes
in ipsum credentes patri suo reconcili-
liaffe: carnem autem ipsius pro nobis
in ara crucis mactatam, uictimam pro
peccatis nostris factū esse: & alteram
quidem naturam per ἀλλοιώσειν, id est,
commutationem, pro altera sumi, sed
interim utriusq; proprietatem accura-
tè obseruandum esse, propter eos, qui
ex illarum cōfusione multas nobis te-
nebras offundunt. Neq; tamen uelim
populum ista altercatione doctorum
diutius obtundi, sed utriusq; nature of-
ficio ostenso, eidem quàm simplicissi-
mè ostendere, quod per Christum ex
Iudæis, & Ethnicis credentibus una
ecclesia facta sit, & tandem illius be-
neficio ab æterno supplicio redem-
ptam.

Vt

Vt duos conderet in semepiso in unum nouum.

Ratio est, cur legem ceremoniam, & legis moralis condemnationem à medio sustulerit, ut, inquit, uduos diuersos populos in unum nouum hominem conderet. Nulla enim firma societas inter illos coalescere potuisset, simultatis fomite nondum extincto. Atque ita Paulus in summa nihil aliud docere uult, quàm quod is, qui olim Abrahamæ, & illius posteritatis deus tantummodo fuerit, etiam gentiũ deus factus sit, aded ut nos pinde nunc populus illius simus, atque Iudæi, quũ testamentum dei de filio suo mũdum à peccatis redempturo, æque nunc ad utrunque populum credentem pertineat. Sic & Petrus Actorum secũdo & tertio cap. ait: Iudæorũ quidẽ propriã fuisse promissionem de Meschia, at à spiritu

Spiritu sancto plenius postea edoctus,
 testatur omnes eos peccatorum suo-
 rum remissionem accepturos, qui in
 Christum crederent, siue Iudæi, siue
 gentes essent. Cum itaque ex Pauli, &
 Petri loco perspicuum sit, dei testamē-
 tum cum Abrahamo factum æque ad
 utrumq; populū pertinere, sequitur, ut
 quemadmodum Israelitarū pueri à
 testamento, & eius signo non fuerunt
 exclusi, sic nec nostri excludantur. Ide-
 oq; Anabaptistas iniquè agere, dū in-
 fantibus nostris baptismo interdiciūt.
 Disertè autem Paulus addit, utrumq;
 populū in nouum hominem condi,
 ut illorum obiectionē præoccuparet,
 qui obijcerent, per maximā illam gra-
 tiæ diuinæ amplificationem nihil ali-
 ud efficis Paule, quàm ut homines dis-
 solutissimè uiuentes, dicant: Christum
 peccata ipsorum expiasse, ideoq; lice-
 re

re ipsis pro suo arbitrio uiuere. Imò, inquit Paulus, qui in Christū credunt, & re uera de numero populi istius in unum coadunati sunt, nouum hominem induūt, germanicè, sy legend ein anderē rock ann, uitam suam, ac mores aliter instituunt, quàm prius, dum dei, ac ueritatis cognitione uacarent. Neq; em̄ Paulus significare uult, corpora nostra hēc innouatum iri, sed animi motus refrenari. Idem nanq; corpus impijs manet, & hereditarius quoque ille morbus, hoc est, propensio ad malum, sed cum animus Christi spiritu imbutus sit, illius ductu, uitio innato repugnant, imò sicubi etiam homo Christianus labitur, resurgit, ac eiusdem spiritus auspicio, ueniam pro delicto precatur, atq; hoc est, quod Paulus disertè addit, in semetipso condidit. Quo fit, ut pijs (teste eodem Paulo

lo

lo in Rhoman .) omnia in bonum cedant. Hinc iam (ut opinor) facile cernis Christiane lector, quid docendum sit, nouā quippe uitam homines Christianos decere. Item quæ differentia sit inter eos qui à casu, & qui studio, & de industria peccant.

Et ut reconciliaret ambos.

Explicat quomodo Christus pacē fecerit inter utrumque populum, uidelicet corpore suo in ara crucis mactato, pro utriusque populi in ipsum confidentis peccatis. Obseruabis autem crucē heic per metonymiam pro crucis supplicio accipi, quo Christus affectus est, ut aliquos ex utroque populo patri suo reconciliaret. Obseruabis & hoc, quod paulò ante diximus, secundum quā naturam Christus mortē obierit, & secundum quā nos (disertè loquen-

loquendo) cum patre suo in gratiam redegerit. Postremò ne hoc quidem silentio prætereas, quod idem Christus unica corporis sui uictima, pro totius mūdi peccatis satis fecerit, ideoq̄ superuacaneum, & stultum, ne dicam impium esse, quod rasi nostri sacrificiuli quotidianis suis sacrificijs Christum immolare conantur pro uiuorum & mortuorum peccatis. Siquidem citra sanguinis effusionem nulla peccatorū remissio est, ut idē Paulus ad Hebręos cōtestatur: Tãetsi em̄ illi fingant, se carnē & sanguinē Christi sub panis & uini specie offerre: tamē cū illius sanguinē p̄ peccatis nō effundāt, consentaneum est, illos peccata nō delere, se fucū miserę plebiculę faciētes, lucro suo stu-

Et ueniens euangelizauit pacem. (dere.

Et copulatiuā cōiunctionem Heb. loquendi forma, pro causali existimo poni.

poni. Nā causam nanq; reddere uult,
 & probare quod Christus utrunq; po-
 pulum patri suo recōciliauerit. Nam,
 inquit, Euangelizauit pacem uobis, id
 est, Euangelium annunciari præcipit,
 iuxta illud Marci ultimo: Ite in uniuersum orbem, & prædicate Euangelium
 omni creaturæ &c. Quod itaq; Chri-
 stus illic Euangelium: Paulus heic pa-
 cem uocat, idq; ea ratiōe, quod ij, qui
 Euangeliū puro corde hauserūt, tran-
 quillā, et paratā conscientia assequant,
 ita ut neq; mundū, neq; mortem, neq;
 satanam ipsum extimescant. Adhæc
 quātum ad ipsos pertinet, cum omni-
 bus hominibus pacificè uiuūt, nec ulli
 us turbæ, tumultus, & belli autores
 sunt. Quod autē hæc mala nūc, tēpo-
 re restaurati Euangelij increbescunt,
 hoc non fit Euangelij, sed hominum
 salutarem doctrinā respicientiū uitio:
 id

id quod ſole clarius eſt ex ipſius Chriſti dicto Matthei decimo: Ne putetis, inquit, quod uenerim ad mittendum pacem, ſed gladium &c. Porrò de duplici pace diuina, & humana prius comonefecimus in Galatis.

Qui procul aberatis.

Id eſt, gentibus propter idolatriam à deo uero alienis. Qui propè, id eſt, Iudeis, quorum erant oracula, & promiſſiones diuine, quibus deo propinquiores erant, quàm gentes.

Habemus aditum utriq; &c.

Confirmatio eſt præcedentis ſententię quaſi diceret: Quemadmodũ is qui apud alienum, & fortaffe minus beneuolum principẽ negocium pertractandũ habet, aulicũ aliquẽ proxenetę *ωροξενιτης*, id eſt, licitator uices agentẽ conducit, cuius auſpicio ſe in principis fauorem inſinuet: Sic & Chriſtus proxe-

E neta,

neta, & mediator noster unicus nobis
aditum fecit ad patrem cœlestem, qui
antea ob primæuorum nostrorum pa-
rentum noxam parum equus nobis e-
rat. In uno spiritu, uidelicet, qui & Iude
os, & Genteis fideleis reddit, ita ut per
causam efficientem fidei, spiritū, rem
effectam, hoc est, fiduciam in Christum
per metonymiā intelligat. Id quod ex
tertio capite Matthei apparet, ubi Ioan-
nes, inquit: Qui autem post me uenit,
baptizabit uos spiritu sancto, & igni.
Et Ioannis decimosexto capite ubi Chri-
stus ait: Quum uenerit ille, qui est spiri-
tus ueritatis, ducet uos in omnem ueri-
tatem. Deniq; ex prima epistola Ioan-
nis secundi capitis: Sed uos unctionem
habetis à sancto illo, & nostis omnia.
Quum itaq; spiritus sanctus, & fiducia
in deum patrem, & filium, nō sit huma-
narum uirium, rursus patet nullum es-
se

se meritum de congruo, ut Sophistæ ganniunt.

Iam igitur non est s hospites &c.

Epilogus est particularis totius secū di capitis. Quum em̄ supra probasset, Ephesios, atq; ad eò omneis Genteis, olim à rep. Israhelis alienas fuisse, Christi autem beneficio, eiusdem populi ciuitate donatas: nunc concludit, compendiosius id repetens, quod copiosius supra tractauerat.

Sed conciuēs sanctorum &c.

Disertè dicit conciuēs sanctorum, ne quis somniet, carnalis Israhelis ciuitatem. Quod autem Paulus de spiritali Israhelis ciuitate loquatur, ex ipsius epistola ad Hebræos capite duodecimo liquet, ubi ait: Accessistis ad montem zion, & ad ciuitatem dei uiuentis, Hierusalem cœlestem, & ad innumerabilem angelorum cœtum, & ad concionem

E 2 primo

primogenitorum. Et ex quarto capite Galat. Superna autem Hierusalem libera est, quæ omnium nostrum est mater. Hinc igitur docebis, solis credentibus in Christum Iesum aditum in cœlestem Hierusalem, & in sancta sanctorum patere, hoc est, quod sola fiducia in Christum Iesum, nobis uiam ad cœlestem ciuitatem assequendam, faciat.

Domestici dei.

Per interpretationem rhetoricam elegantibusq; epithetis hoc repetit, quod supra dixerat: uidelicet genteis in christianismo Iudeis pares esse factas. Atq; hoc est, quod Petrus in priorē sua epistola capite secundo genteis alloquens dicit: Vos autem genus electum, regale sacerdotiū, gens sancta, populus qui in acquisitionem accessit. Quibus sanè uerbis nihil aliud significare uult, quàm Christianos nūc eque peculium

peculiū dei, & sacerdotes spiritualeis, ac reges esse, ac Israhelica olim gens partim secundū carnem, partim secundum spiritum, fuit. Gentem deniq; sanctam, & populum, qui pretioso Christi sanguine redemptus sit: quum olim (ut Ozeas capite secundo inquit) non dei populus fuerit.

superstructi &c

Quum supra interstitij inter duas contiguas domos diruti, & modo domesticorū meminisset, pulchrè in metaphora cœpta perstat. Quasi diceret, quum dixerim interuallum macerie dirutū, & uos dei domesticos esse factos necessum erit, ut fundamentum quo domus, hoc est, ecclesia dei nititur demonstrarem. Nisi malis coniunctionem causalem Hebraica consuetudine omissem, tum is sensus erit, & in idem cum superiore redibit: Estis cōciues sancto-

E 5 rum

70 COMMENT. IN EPIST.

rum, & domestici dei, nā fundati estis.

Super fundamentū Apostolorū & Prophetarū.

Id est, super hoc fundamentum, quod Apostoli à Christo emissi, sua prædicatione iecerūt: & quod diuini uates multis retrò seculis prædixere.

Summo angulari lapide.

Scilicet existente. Porro ne quis putaret fidei nostræ fundamentum super arenam, hoc est, Apostolos, & Prophetas, homines humana quoque infirmitate circumdatos, esse structum: se ipsum declarat, dicens: Christū structuræ nostræ lapidem angularem, & summum, hoc est, ecclesiæ authorē & principem esse, quē admodum supra ad finem capituli secundi docuit. Hæc docere poteris: primum quod Dauid iam olim psalmo centesimo decimo septimo prædixerit, futurū ut increduli Iudei Christum lapidem angularem reiecturi essent, id quod

quod Christus Matthei uicesimo primo citat. Deinde legis, & Prophetarū uaticinia de Christo salutari nostro fundamento adducere potes: de quibus Genesis duodecimo & decimoquinto, Esaie capite uicesimo octauo, Psalmo centesimo decimo septimo. Tertio Christum unicam salutis nostrę basim, & fundamentū esse, quidquid tandem papistę de ecclesię fundamēto super Petrum iacto, mentiantur. Verum enim & immobile hoc est, quod Paulus heic de angulari lapide scribit, & Petrus Actorū quarto inquit: Non est in alio quoquam salus. Nec em̄ aliud nomen est sub cœlo datum inter homines, per quod, oporteat nos saluos fieri. Quare copiosius differentē Zuinglium nostrum uide de religione uera & falsa in titulo, de ecclesia.

E 4 In

In templum sanctum in domino.

Disertè dicit, crescit in templū, propterea quod de fide, in fidem (ut alibi inquit) proficiamus. Perstat autem adhuc in cœpta translatione. Quum em̄ dixisset Ephesios, ad eoque omneis gentileis, Apostolorum, & Prophetarū, fundamento, utpote angulari lapidi Christo superstructos esse: Cōmodè infert nunc, quale edificiū mole ducatur, nēpe templum in domino sanctum, hoc est, fidele cor, quod domini habitaculum est, iuxta illud primo Corinthiorū sexto: Nescitis, quod membra uestra templum sunt spiritus sancti, qui in uobis habitat. Adhunc Pauli locum intelligendum facitis, qui est ab initio secūdi capituli prioris epistolę Petrinę qui sic habet: Ad quem scilicet dominum accedentes, qui lapis est uiuus, ut ipsi quoque ueluti uiui lapides edificemini,
domus

domus spiritualis &c. Vnde quid & discendum & docendum sit Christiane lector facile uides: nimirum quod quum Christiani spirituale templum dei sint, opera quoque dent, ut gliscetes affectus cordis (in quo deus habitat) statim auxilio spiritus sancti reprimant: neue ullis peccatorum sordibus illud sanctum dei habitaculum conspurcent, ac prophanent.

In quo & uos coedificamini.

Quid per templum sanctum intelligat, subiungit, quum dicit, in habitaculum dei per spiritum. Quasi diceret, coedificamini inquam non in carnale, sed spirituale dei templum. Mentem namque uestram per spiritum sanctum iam diuinam factam inhabitat, que antea ipsius cognitione uacabat. Atque ita uides Paulum per totum cap. 2. in hoc esse, ut doceat, quomodo ex Iudeis, & gentibus una ecclesia facta sit.

E 5 Caput

DVo in hoc capite agit Paulus. Primum docet se ideo à ludæis multa passum, quòd mysteriũ de Gētibus saluandis, domini iussu prædicauerit. Deinde Ephesios rogat, ne ob afflictiones ipsius ab Euangelica doctrina deficiant, & ut eò facilius in illa perseuerare possint, ait se iugibus precibus apud deum pro ipsis interpellere.

Huius rei gratia.

Videlicet, quod docuerim promissiones dei de Meschia nō solum ad ludæos, uerumetiam ad uos Gēteis pertinere. Cur autem, & per quos in uinacula coniectus sit, Lucas Actorum uicesimo primo in hæc uerba describit: Dum septem dies penè fuissent expleti, hi qui ab Asia erant ludæi, quum uiderent Paulũ in templo, conturbarunt
totum

totum populum, & iniecerunt ei manus clamantes: Viri frahelitæ, hic est ille homo, qui aduersus populum & legem, & locum hunc omneis ubique docet &c. Ex quo docebis, quod Euangelij prædicatio & professio nullos capitaliores hosteis habeat, quàm hypocritas, & iusticiarios: tametsi em homines dissolutissimè uiuentes illi nonnūquā reclamationem, tamē illam plerunq; sinunt, nec impugnant, nisi ab hypocritis illis sollicitent. Quemadmodū itaq; Paulo, & Christo, scribæ, & pharisæi negocium fecerunt, & multitudinem contra illos cōcitarunt: sic & sacerdotes & monachi nostro seculo non solū plebē irritāt, sed etiā principes muneribus corrūpunt, uti ipsorum luxū armis defendāt, ac Euangelicā doctrinā è medio tollant. Porrò quemadmodū
Iudæi

Iudæi Christianissimum adhuc herbescentem eradicare non potuerunt, etiam cum Christum in crucem sustulissent, & Apostolos eius aliū alio supplicio affecissent: sic nec nostri persecutores Euangeliū, iā in spicas enatū, hæcenus extirpare potuerūt, nec unquā potuerūt etiam si multos illius studiosos grauissimè multat, proscribant, et capitis supplicio afficiant. Quātò enim magis premitur, tantò magis erigitur, ac uires sumit. Adeò efficax est ueritas & potentia Christi.

Siquidem audistis dispensationem gratiæ dei.

Hoc est, nimirum iam dudum percepistis, quod munus prædicandi Euangelij apud uos genteis mihi demandatum sit. Ceterum Euangelij prædicationem, ideo gratiam dei uocat, quod illud nobis per solam dei gratiā, & nullo nostro merito & prædicetur, & accipiatur.

piatur. Vnde discimus magni benefici loco habendum, sic ubi Euangeliū syncerè, ac germanè prædicetur.

Quod secundum reuelationem.

Id est, mysterium hoc de Euangelio gentibus communicando, cœlitus mihi reuelatum est. Nam Euangelium, quod modo administrationem gratiæ dei uocauit, iam mysterium appellat. Quale autem hoc mysterium fuerit, supra capite primo copiosius ipse disputat, & paulopost Ephesios eò relegat. Quod uero Paulus Apostolatam suum in genteis tam diligenter asserit, hinc factum est: ne illæ uanum esse putarent, quod prius de ipso audiuerāt.

Quemadmodum ante scripsi.

Suple in capite primo.

Cognitionem meam in mysterio.

Quasi diceret, hinc facile patet, me haud clām fuisse, quod per Euangelij prædicationem

prædicationem etiam Gentes ad salutem uocanda essent.

Quod in alijs etatibus.

Quod, inquit Euangelium Gētibus quoq; prædicandum esset, superioribus seculis non fuit notum, adeò ut etiam post Christi ascensionem Petrus existimauerit, id Gētibus communi-
cari nefas esse, donec per uisionem diuinam aliter edoctus est, de quo Acto-
rum decimo.

Quemadmodum nunc reuelatum est.

Commodum tacitæ obiectioni occurrit Paulus: obiecisset enim aliquis, quid nam audio Paule, an non Esaiæ, Oseæ, & alijs prophetis hoc mysteriũ fuit cognitum, quum Gētium uocationem prædixerunt: Maximè, inquit, sed tamen non ad plenũ intellexerũt, quod scilicet ex Iudæis, & Gētibus una, eademq; Christi ecclesia coalitura esset

esset. Id quod nobis Apostolis, prophetis posterioribus, hoc est, uerbi ministris reuelatum est. Vocabulū nanq; Popheta heic eo modo accipitur, quo 1. Cor. 12. & infra cap. 4.

Per spiritum.

Quam hic locus uariè ab interpretibus legatur, uide doctissimas Erasmi adnotationes. Cæterū quod dicit per spiritum Apostolis reuelatū esse, gratuitam dei reuelationē intelligit. Vnde obiectionem impiorum quorundā facile refelles, qui dicunt: An non sacerdotes nostri eosdem Euangelij libros ante 30. annos habuerunt, quos nunc habent, quā igitur fit, quod longè diuersum iam ex illo prædicāt, quā antea? Respondebis, quia dñs iā illis uerberiorē Euangelij lucē reuelauit, que prius ob delicta nostra multis humanarū constitutionū tenebris obuoluta erat,

erat,

erat, propterea quod (ut idem Paulus secundo ad Theff. secundo testatur) ueritati mendacium papisticū anteposimus. Quinimò si tam ingrati esse per gemus domino propter restauratū Euangelium, iusto ipsius iudicio rursus multò densioribus tenebris inuoluemur, quàm papisticę unquam fuerint.

Vt sint gentes cohæredes.

Hoc, inquit, mysterium est, quod transactis ætatibus ignotum fuit, quod gentes (puta quæ prius prophanae, & idololatræ fuerant) credentium Iudeorum cohæredes futuræ essent.

Per Euangelium.

Id est, per fiduciam Euāgelicæ prædicationi adhibitā. Hinc docebis, quoniam medio promissionum Iudæis potissimum factarum participes fiamus, nimirum, si Christo, hoc est, ipsius doctrinæ credamus, tamen enim æterni regni

regni cum fidelibus Iudæis hæredes,
& Christi cohæredes euademus. At cū
pleriq; illam non solum nō audiant, sed
etiam persequantur, liquet, quod ab il-
lo regno exclusi æternis supplicijs dam-
nandi sint, nisi resipuerint.

Minister secundum donum.

Id est, cuius Euangelij prædicandi
officium mihi iniunctum est, idq; secū-
dum donum gratiæ dei, hoc est, gratu-
ito dei dono, absq; ullis meis meritis. Iu-
xta illud Christi: Non uos me elegistis,
sed ego uos. Qui locus, ut uides, cōtra
liberum arbitrium, & meritum, ut uo-
cant, de congruo facit.

Quod datum est mihi &c.

Quasi diceret, non tantum gratia, &
dono suo me ad hanc euangelij prædi-
candi prouinciam uocauit, sed etiam
fortem, potentē ac efficacem in illa red-
didit, ut illam pro dignitate administra-

F

fe

re possem. Est autē mira amplificatio, & commendatio diuine gratiæ, ac misericordiæ, Paulo exhibite, adeò ut illa fretis neq; secundis, neq; aduersis commoueri posset, ut ab officio sibi delegato, uel tantillū discederet. Proinde ex hoc loco admonebis omnes ministerij uerbi candidatos, ut iustam domini uocationem expectent: tum enim futurū esse, ut dominus eos idoneos, potētes & efficaces in negotio suo reddat. E diuerso si lucri sui, & uentris causa, ultrò se ingesserint, quod proh dolor nimis sepe contigit, nullo cum fructu eos ecclesie præfuturos, sed quā primum leuis aliqua afflictio, seu persecutio ingruerit, instar mercenariorū fugere, & oues lupis diripiendas, & laniandas relinquere.

Mibi minimo omnium sanctorum.

Modesta sui extenuatio est, qua docet

cet

et munus prædicandi Euangelij ad Gentes sibi delegatum esse, quantumvis parue conditionis, & existimationis homo fuerit. Porro scias quod ab initio huius capituli gratiæ dispensationem, hæc absolute gratiam uocat, idem namque utrobique significare uult, id quod ipsius Pauli uerba haud obscure præ se ferunt.

Imperuestigabileis diuitias Christi.

Nemo unquam mortalium tam callidus, acutus, sagax, & solers fuit, qui thesaurum illum Euangelicum nobis per Christum exhibitum penitus inuestigare, & introspicere potuerit. Qui enim illum procul ostensum uiderit & aliqua ex parte cognouerit, omnibus rebus alijs neglectis, huic uni inhiat. Nec iniuria, hoc enim deprehenso, a deo diues fit homo, ut cum nihil, iudicio incredulorum, habere uideatur, omnia tamen possideat, ut inquit idem

F 2 Paulus

Paulus secundo Corinthiorum sexto. Vnde patet eum heic de spiritualibus diuitijs, & æternis loqui, hoc est, de cognitione salutis nostræ nobis per Christum partē, quas neque tineę, neque erugo corrumpunt, ut docet Christus Matthei sexto. Tametsi nanque Christiani heic nonnūquam algeant, sudent, esuriant sitiant, tamen spe futurarū diuitiarum, ac deliciarum, temporalem paupertatē & sordes, æquo animo ferunt, & sua sorte contenti sunt. Proinde ex hoc loco docebis eternas potius diuitias sectādas, quā temporales: propterea quod illarum studiosus tranquillam cōscientiam assequitur: harum uerò studiosus quantò plus acquirit, tantò plus angitur. Id quod Horatius hoc uersiculo pulchrè depinxit: Crescentem, inquit, sequitur cura pecuniam.

In

In lucem proferam.

Id est, ut omnibus notū, & perspicuum faciam arcanū, quod hactenus occultum fuit.

Que sit communio mysterij.

Id est, quo pacto promissiones dei ad Iudæos potissimū factæ, nobis quoque gentibus cōmunicatæ sint. Communio nāq; heic pro societate & sodalitate accipi puto. Quemadmodū enim mercatores & opifices eiusdem sodalitatis, omnibus commodis illius ex æquo fruuntur; sic Iudæi, & Gentes opera Christi concordēs facti, & in unam sodalitatem, hoc est, ecclesiam redacti, eorundem commodum, hoc est promissionum diuinarum pariter participes sunt. Quod autem hic germanus Pauli sensus sit, partim ex initio superioris capituli, partim ex sequentibus uerbis liquet, quum inquit, quod erat

F 3 abscondi

abscōditū à seculis in deo, id est, quod haecenus nemini, praeter deū, erat cognitum. Id quod copiosius ab initio istius capituli à Paulo tractatur.

Qui uniuersa condidit per Iesum.

Paulus heic per periphrasim, & metalepsim docet Christum non simpliciter, ut nos, dei filiū esse, sed deū ipsum, & eiusdem essentiae ac potentiae cum patre suo caelesti. Etenim cum Genesios primo capite scribatur caelum, & terram à deo esse condita: & Paulus heic scribat per Christum omnia esse condita, necessariò sequitur, ipsum patri per omnia, iuxta diuinitatē puto, & qualem esse. Id quod & Ioannes capite primo Euangelij sui haud obscure ostendit, cū inquit: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Heic rursus, ut supra quoque commonefecimus, operæ pretium est naturas in Christo probe

be

bè discernere, & utriusq; proprietatem
obseruare.

Vt notum fiat nunc principatibus.

Nunc suple, tempore Meschie pre-
stiti: Quasi diceret deus non solum mi-
hi prouinciã mysterij sui hominibus a-
periendi delegauit, sed etiam principa-
tibus cœlestibus, hoc est, cœlestibus cre-
aturis, angelis, & archãgelis illud p me
patefecit, qđ hactenus eis ignotũ erat.

Per ecclesiam.

Subaudi ex Iudæis, & Gentibus col-
lectam. Tantum eni heic articulus pre-
positiuus apud Græcos potest, *διὰ τῆς*
ἐκκλησίας, id est, per ecclesiam scilicet il-
lã, de qua nobis hactenus sermo fuit.

Varia sapientia dei.

Hoc est, arcanũ illud dei consilium
de Iudeis, & Gentibus in unam ecclesi-
am coniungendis. Quod enim supra
mysteriũ, heic, meo iudicio, per quam

F 4 uariam

uariam dei sapientiam uocat.

Secundum praefinitionem seculorum:

Hoc inquit arcanum, & prudens cōsiliū de Gentibus, & Iudeis copulandis, quod ante condita secula ipse solus cœperat: nunc demum in Christo Iesu & terrestribus, & cœlestibus creaturis manifestauit. Huc facit quod idem Paulus secundo ad Timotheum primo scriptum reliquit, ubi de æterna uocatione nostra, in hæc uerba scribit: Qui supple deus, saluos facit nos, & uocauit uocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum, & gratiam, quæ data quidem est nobis per Christum Iesum ante tempora æterna: sed palàm facta est nunc per apparitionē seruatoris nostri Iesu Christi. Circa hūc locum obseruabis, quod non mirum sit homines pios multa sacrarum literarum, & fidei nostræ mysteria

steria ignorare, & cotidie rectius per spiritum sanctum edoceri; quum heic & alibi discamus cœlestibus, a deo q̄ purissimis creaturis, quæ dei, conspectu subinde fruuntur, temporis successu multa patefieri.

Per quem habemus audaciam.

Græca uox significatior est, quàm latina. Parrisia enim dicendi libertatē significat, qua qui præditi sunt liberè ac ingennè uerum proloquuntur, absq̄ ullo personarū respectu. Id quod huc bene quadrat. Paulus nanq̄ significare uult, nos liberè cum deo, de omnibus necessitatibus nostris colloqui posse. Aditum cum fiducia per synoniā exponit, quid per audaciam intelligat, nimirum quod nobis aditus ad deum patrem cum fiducia, id est, sine omni timore, per Christum Iesum pateat. Qui sanè locus miseras, & afflictas con-

F 5 scientias

sciētias mirificè consolāt, dū audiūt se
ab interpellādo deo nō reijci, quantū
uis magna peccatorū mole premant.

Per fidem illius.

Quasi diceret, aditus quidē pecca-
toribus ad deum patet, sed ijs dunta-
xat, qui de uiribus suis, & satisfactione
desperantes: per solam fiduciā in Chri-
stum Iesum (cui pater nihil denegare
potest) se peccatorū onere leuatū iri, &
uoti cōpotes fieri cupiūt, si quādo ali-
quid à patre cœlesti petendum est.

Qua propter peto ne deficiatis.

Altera capitis istius pars est, in qua
ex prædictis infert, Ephesios decere,
ut in Christianismo perstent, quando
quidem deus ipsos tāto suo mysterio,
tot seculis abscondito, & æternæ salu-
tis thesauro dignatus sit.

Ob afflictiones meas.

Scilicet quas pro uobis tolero dum
scilicet

scilicet mysteriū, & arcanum illud de
Iudæis & Gētibus in unam Christi ec-
clesiam congregandis, doceo: & ob id
maximis contumelijs, iniurijs, & affli-
ctionibus afficior à meis cōtribulibus.
De quo uide præcitatum Lucæ caput
Actorum uicesimo primo. Heic doce-
bis magno animo, & fiducia opus esse
ijs, qui in persecutionibus perstare uo-
lunt, & tum demum apparere, qui nā
stipula, & qui aurum, & argētum fue-
rint, hoc est, q̄ fucati, & qui ueri Chri-
stiani sint. De quo lege Psal. 14. &
1. Cor. 3. Deniq; 1. Petri 1.

Que est gloria uestra.

Quasi diceret afflictiones mee, quas
propter uos patior, non dedecori uo-
bis, sed glorię sunt. Dū enim nullis uin-
culis, & tormentis ab Euangelica pro-
fessione (quam uos quoque docui) pos-
sum abduci; uel inuitis Euangelicę
ueritatis

ueritatis osoribus patet, neq; me, neq; uos illi temerè credidisse. Patet & hoc quā efficax, & quā inconcussa sit ueritas, quæ quidem ad tempus premi, sed in totum opprimi, etiā totius mundi uiribus non potest. Verisimile autē est, impios Iudæos Ephesijs probri uice Pauli uincula obiecisse, ac in hunc modum eis insultasse: En quam bellum, & honoratum Euangelij præconem habetis: Scilicet Paulus dei amicus & cultor est, ac eius uerbum prædicat uobis, quum iam cōpedes, & uincula ob eam prædicationem gestet. Ad hunc modum & nobis Euangelij, & omnis honestatis inimici cotidie occinūt. Quorum næniæ, & gannitus à ueræ pietatis studiosis fortiter, ut Paulus heic docet, contemnendi sunt.

Huius rei gratia flecto genua.

Κατ' ὕστερον ἠρότερον, id est, per posterius,

rius, prius intelligitur, uidelicet quod magno amoris ardore erga ipsos flagret: quem quidem ex hoc facile deprehendere possint, quod indefinenter precibus pro ipsorum constantia, apud deum patrē interpellat. Ex hoc Pauli exemplo primum discimus nō nisi unicum solum deum colendum, & uenerandum esse, illumq; in necessitatibus inuocandum. Id quod contra eos facit qui in periculis cōstituti, nūc diuum Nicolaum uice Neptuni, nūc diuam uirginem, inuocant. Deinde Christianorum officium esse, ut alius pro alio (quā diu in hoc seculo sumus) oret, non autem pro ijs, qui uita functi sunt. Propterea quod Christus in Euāgelio Ioannis capite tertio unicam iustificādi uiam ostendat, quum inquit: Qui credit in me, habet uitā æternā: qui aut nō credit, iam condēnatus est.

Ex

Ex quo omnis à communi patre cognatio.

Id est, quidquid in cælo, & terra est, hoc totum ab illo patre ortum habet, ab eoque denominationem sumit. Quemadmodum enim pater familiam omnium, que in familia sua fiunt auctor est, omniaque illius esse dicuntur, & ab illo cognominantur: sic & deus pater omnium auctor & creator est in immensa illa, & vasta totius mundi familia, adeo ut cuncta creata ab illo cognominentur, quod scilicet dei creaturæ sint. Hinc factum est, ut idem Paulus Actorum decimo septimo Atheniensibus illud hemistichium ex Arato Poeta Ethnico citaret. *Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμεν*, id est, illius, supple dei, genus seu progenies sumus, hoc est, ab illo propagati. Cæterum haud caret emphasi, quod Paulus ait, communi patre, per hoc enim rursus Ephesios, atque adeo omnes gentes bene

beneficij diuini commonefacit, quod scilicet opera Christi, illæ in familiam Israheliticam ascitæ sint. Hinc itaque docebis id, quod Christus Matthei uicesimo tertio monet, ne patrem aliquẽ uocemus in terra, id est, ne uitæ huius præsidia, uiam ac rationem assequendæ æternæ uitæ, id est, ab ullo homine expectemus absolute, sed toti ab illo pendeamus, qui nos creauit, & iustificandi uiam nobis per Christum Iesum fecit. Quam qui non docent (ut sunt Papisticarum sectarum autores) non patris, sed uitrici, imò deceptoris nomen merentur.

vt det uobis.

Hoc inquit, à deo meis interpellationibus contendo, ut secundum diuitias gloriæ suæ, id est, pro magnifico gratiæ suę thesauro, nõ desinat fiducia uestram

uestram in Christum Iesum augere, a deo forteis & constanteis reddere: ut nullis nec satanae, nec mundi insultibus, nec ullis etiam carnalibus illecebris ita succumbatis, ut à Christo deficiatis.

Per spiritum suum.

Quemadmodum deus nos spiritu suo regenerat (ut est uidere Matthæi tertio, & Ioannis tertio) sic eodem spiritu nos magnanimos, ac forteis reddit, ut neq; in secundis rebus insolescamus, neq; in aduersis desperemus. Hinc enim idem Paulus 2. Corin. 5. sic scribit: Porrò qui parauit nos in hoc ipsum, deus est, qui idem dedit nobis arrabonem spiritus. Itaq; bono animo sumus semp &c. Ex hoc itaq; loco admonet, homini uires in negotio Evangelico planè nullas esse: uim à spiritu dei fulciantur, ideoq; illius augmentum subinde à deo petendum esse.

Vē

vt inhabitet Christus.

Quid per internum hominem significare uoluerit, per expolitionem copiosius expolit: Quasi diceret oro deū ut uos iuxta interiorem hominem corroboret, & constantes reddat, hoc est, ut Christum non tantum in lingua, sed in imo pectore teneatis.

Fixis in charitate radicibus.

Hęc certissimā notam habes, quod Paulus per robur interioris hominis nihil aliud intelligat, quā fidem non simulatam, & charitatem ex puro corde, ac conscientia bona profectā: quem admodum & primo ad Timotheū primo omnium mandatorum dei finem, & scopum in his situm esse commemorat. Hinc rursus docebis Iacobū in sua epistola non frustra contra fidei iactatores dixisse. Fides sine operibus mortua, id est, nil nisi uana opinio est. Nisi
G enim

enim illa radices ita egerit, ut instar bonæ arboris, suo tempore in dulces fructus, hoc est, in opera charitatis erumpat, fiducię nomen nō meret: id quod Christus Matthei decimotertio per similitudinem de seminante eleganter docet.

Quę sit latitudo et longitudo.

Id est, ut exactè, & perspicuè Christum agnoscatis. Estq; locus à sufficienti diuisione, & metaphora à Geometris sumpta, qui corporis longitudinē, profunditatem, & altitudinem dimetiuntur. Atq; hūc sensum esse germanū, sequentia ostendunt, quum inquit: cognoscereq; &c.

Præincentē cognitionis dilectionē Christi.

Hoc quoq; inquit, in precibus meis à deo contendo, ut captiui inestimabilem & incomprehensibilem Christi charitatem erga genus humanū redimendum

dū, cognoscatis: quomodo scilicet deo patri æqualis, æternus cum æterno, formam tamen serui assumpserit, ut nos à diaboli seruitute in libertatē assereret. Obseruabis autem Paulum ideo Ephesijs uberiorem cognitionem dilectionis Christi erga nos optare: ut beneficii magnitudine intellecta, ipsiq̃, ad eū nos omnes, eò ardentius ipsum redamemus, atq̃ illius exemplo, nos quoque flagrantissimo amore fratres nostros prosequamur. Ceterum de subdura huius loci & constructione, & ueterum interpretatione, consule eruditissimas simul & christianissimas Erasmi annotationes.

Vt impleamini in omnem plenitudinem.

Vt paruo, inquit, fasciculo omnia cōprehendā, & summatim dicam, precor ut rebus diuinis prorsus impleamini. Perstat enim adhuc in precibus suis

G 2 de

110 COMMENT. IN EPIST.
scribendis, quas pro Ephesijs effunde-
ret. Hinc itaq; tu docebis, cotidie ad
perfectionem, & plenitudinem dei eni-
tendum esse, de qua Matthæi quinto
capite, tametsi eam ad plenū nemo un-
quam mortaliū apprehenderit. Est em̄
aliquid, prodire tenus, si non datur ul-
trā, præsertim cum sciamus Christum
pro eiusmodi rerum studiosis satisfacif-
se. De quo lege initium capitis octauī
ad Rhomanos.

Ei uero, qui potest cumulate.

Coronis est solenni disputationi ad-
iuncta, de qua uide aureas Erasmi adno-
tationes. Ceterum per occupationem
tacite obiectioni occurrit. Sic enim ali-
quis ei obiecisset: Infans Paule, qui id
à deo postules, quod nulli homini im-
partire solet, uidelicet, ut totus diuinus
reddatur. Imò uerò inquit: deus est po-
tis plura, & maiora præstare, quàm uel
ego

ego, uel quisquam mortalium cogitare, nedum petere possit.

Iuxta uim agentem in nobis.

Confirmat à suo, & Ephesiorum exemplo, quod deus omnia affatim prestare possit, quæ ab ipso postulamus: Quasi diceret an' non uis, ac potentia dei in me eluxit, dum ex inimico & persecutore amicum, & patronum ecclesiæ Christi fecit. An' non etiam uim suam exeruit, dum ex uobis prophanis, & impijs satanæ mancipijs, Euangelij consortes, ac filios dei reddidit: Hinc igitur patet, illum plura posse præstare quàm nos petere queamus. Siquidem nescimus quid orādum sit, sed spiritus sanctus, qui infirmitatibus nostris opitulatur, interpellat pro nobis apud deum gemitibus inenarrabilibus, ut idem Paulus Rhoman. octauo testatur.

G 3 Caput

Absoluta disputatione de Gentiū uocatione, ad parēnesis se cōuertit: multisq; argumētis Ephesios ad mutuam concordia seruandam primum adhortatur. Deinde ut uite sanctimonia Christo capiti suo respondeant.

Vt dignum est uocatione.

Quemadmodū Alexander Seuerus Rhomanus imperator integerrimus planè alios mores à militibus suis requirebat, quā quibus sub dissolutissima, & impurissima belua Heliogabolo predicti fuerāt: sic & Christus princeps, ac imperator noster sanctissimus, alios à nobis mores, & disciplinam militarem exigit, quā quibus sub scelestissimo imperatore satana meruimus. Sub hoc enim merentes, quod carni lubebat faciebamus. Sub illo autem militantes, affectibus carnis resistendum erit. Atque

que ita Paulus idē hēc uult, quod Roman . decimotertio ubi opera tenebrarum abijcere monet, & arma lucis induere.

Cum omni submissione.

Per distributionem rhetoricam exponit qualis conuersatio uitę, Christianos deceat. Porrò quū ex sequentibus appareat, quosdam fuisse apud Ephesios eruditionis, & sapientię titulo præturgidos, adeo ut se inferiores contemnerent. Paulus arrogantiam & fastū omnis discordię seminariū tollere conatur. Ex hoc igit loco docebis id quod Cicero præcipit in officijs, ut quanto quis maior, nobilior, sapientior, & eruditior sit, tanto se submissius gerat: Dē uie man spricht ubermuot, thet nie guot.

Ac mansuetudine.

Mansuetudo ferotię & immanitati

G 4 opponitur

opponitur. Paulus enim Ephesios adhortatur, ut qui excellētoribus donis pręditi sint, alios illa nō habentibus, summa cum mansuetudine & humanitate tractēt: nec ferotius illis insultēt, si quādo uel quid ignorauerint, uel simplicius aliquid interrogauerint. Ceterum quanta uirtus mansuetudo sit, Ecclesiasticus capite primo ostēdit, ubi inquit: Fidem & mansuetudinē deo in primis placere. E cōtra quā tetrū uitium ferotia sit, Salomon prouerbiorum decimo quinto hisce uerbis docet: Respōsio mollis frangit iram: sermo autem durus suscitāt rixas. Germanice: Ein guot uuort findt ein guote stat, und uuie man eim ruefft also entspricht man im uuider. Obseruabis autē Paulum heic de priuatis hominibus, non de magistratibus loqui. Illos em̄ mansuetudo semper decet. Hos uero dum
non

non se, sed reipublicę statum conserua
re uolunt: asperos esse nonnunquam
in sceleratos oportet. Atq; idem sentē
tiendum est de lenitate.

Cum animi lenitate.

μακροθυμία, id est, longanimitas, si
ue ut Erasmus uertit, animi lenitas, ir
racundię, & uindictę cupiditati con
traria est: quę duo Christianos homi
nes maximè dedecent. Porrò quod of
ficiū minimè fucatorum Christiano
rum sit, lege eundem Paulum primo
Cor. decimotertio & Gal. quinto.

Vnitatem spiritus.

Quę causa efficiens sit mutuę con
cordię, declarat. Quasi diceret, tū in
quam alię aliorum infirmitatem man
suetè, & leniter tolerabitis: quum uin
culū pacis non soluetis, quod eatenus
arctissimo nodo constrictum manet:
quatenus spiritus sancti cōcordia non

G S uiolatur.

violatur. Illa enim non nisi eius opera, cuius facta est, seruari potest. Hæc primum admonebis per spiritum sanctum, & fiduciam ab illo promanentem nos unanimes reddi, per nullam rem externam, ut Papistæ somniant. Deinde quem admodum membra humani corporis uno spiritu reguntur, & ad eum concordia fiunt, ut aliud alij prospiciat, & operam ferat: sic & mystica Christi membra illius spiritu regi docet, & decere, ut aliud alij non insultet, sed ut imbecillitatem, aut foeditatem alius aut tolleret, aut summa cum animi lenitate emendet. Id quod Paulus multis uerbis disputat primo Corinthiorum duodecimo. Postremo concordiam bona, & discordiam mala, cum ex prophanis, tum ex sacris literis ostendes.

Vnum corpus, & unus spiritus.
 Coniunctio causalis γὰρ, nam, uel
 enim

enim Hebræa forma loquendi omis-
 sa est. Siquidem nūc probat unitatem
 spiritus esse seruandam: Propterea
 quod mysticum Christi corpus sint,
 & spiritu illius regātur, qui non potest,
 non omnis concordiaē autor esse. Nā
 cum Christus Ioannis decimoquarto,
 dixisset fore, ut consolator ille spiritus
 omnia suos docturus esset: tādē sub-
 iungit: Pacem relinquo uobis, pacem
 meam do uobis. Estq; hoc primum ar-
 gumentum confirmationis,

In una spe uocationis.

Secundum argumentum, omnes
 in eandē spem æternę salutis per Chri-
 stum assequendę uocati estis: Idcirco
 eadem quoq; sentire conuenit. Ceterū
 annotabis spem hoc loci pro re sperata
 accipi, quemadmodum primo Co-
 rinthiorum decimotertio sub finem.

Vnus

Vnus dominus.

Tertium argumentum, eiusdem domini Iesu Christi & patroni clientes estis: igitur unanimes esse oportet. Porro quod Paulus, & reliqui Apostoli Christum peculiari nomenclatura dominum appellant, non temerè fit. Etenim per inenarrabile illud tetragrammaton יהוה adonai significare uolunt, eum ab æterno fuisse, & omnium autorem esse unà cum deo patre. Deinde quod Paulus illum unicum dominum uocat, ideo factum esse scias: quod solius Christi opera & Iudæi, & Gentes siue ante, siue post illius natiuitatem suam in illum fixerint, salui facti sint, fiant, & futuri sint: Eo quod hic solus nos à tyrannide diaboli uindicauerit, & patri suo reconciliauerit.

Vna fides.

Quartum argumentum. Quum eandem

eandem fiduciam in Christum Iesum habeatis, par est, ut, charitatis uinculū arctissimo nodo constrictum seruetis. Nomine autem fidei hec totam religionem Christianorum intelligo: quā sic definiendam puto. Religio, siue fides Christiana, est firma in deum fiducia, per Christū Iesum unicum illius filium; ad cuius doctrinam, & exemplū ij, qui credunt, uitam, & mores suos componunt. Vnde facile cernis, quæ sit prisca, uera, & indubitata fides, seu religio, nimirum ea, quæ statim à mundi, & generis humani exordio usq; ad nostra tempora durauit, & usq; ad mundi finem durabit. Quemadmodum nanq; Patriarche, atq; adeò omnes pij in ueteri testamento in futurum Messchiã credentes, saluati sunt, dum promissioni Adamo factæ Genesi tertio crediderunt; sic nos, & posteri nostri præstito

præstito Christo, & promissioni Abrahamo de omnibus Gentibus benedicendis factę fidentes, saluamur. Quo fit, ut illi frustra antiquam fidem, seu religionem iactent: qui Papisticam potius, quam Christi fidē mordicus iam tenent, & pro ea tanquam pro focus, & aris pugnant. Hęc enim intra aliquot centum annos malis auibus in ecclesiā Christi irrepsit: illa uero aliquot annorum millia durauit. Quam equidem Papistę imò ore nobiscum in simbolo profitentur, factis autem negāt. Si enim articulum hunc (credo in Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum) uerum esse crederent: non aliam iustificandi rationem quærerent, quàm quę à Christo domino, ac uindice nostro, præscripta est.

Vnum baptisma.

Quintum argumentum. Quandoquidē baptismi sacramento omnes ue-

luti uni imperatori Christo nomē dedistis, concordia quoque inter cōmilitones uigere cōuenit. Quid sit baptismus & quot Christianorum sacramenta sint, lege Zuinglij felicis memoriae libellum de uera & falsa religione.

Vnus deus, & pater omnium.

Sextū argumentū. Quū uno, & eodē deo omniū rerū autore, conditore, & parēte gaudeatis: par erit, ut spiritus quoque ab illo, & filio suo procedētis unitatē seruetis. Hinc primū docebis, quod cum deus omnia creauerit, ipse increatus: & ab humano captu imperuestigabilis sit, eius initiū, & finem non inuestigandum esse: atque illud Socratis: Quæ supra nos, nihil ad nos. Itē illud Pauli: Non oportet plus sapere, quā par sit. Semp in ore, & in pectore habendū, id quod & Lactātius libro 2. de origine erroris, capite 5. admonet.

Deinde

Deinde quæ causa colendi multos deos Gentibus olim fuerit, eandem quoque nobis multos diuos, & patronos colentibus fuisse. De quo uide eundem Lactantium libro secundo, & Zuinglium nostrum in præcitato libello.

Verum unicuique nostrum.

Per anthyphoram tacitæ quæstioni respondet. Quum enim Ephesiorum aliquis quæsiisset: Si deus (ut tu Paulus) asseris in omnibus nobis est, quæ sit igitur quod dona illius tam imparia in nobis sint, cur non potius æque magna in omnes conferat, ita ut nullus causam se extollendi supra proximum habeat? Respondet itaque Paulus, imò unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi: ideoque nemini quantumuis excellenti dono prædito licet se alijs antepone. Si enim gratuitum Christi donum est, non potest
tanquam

tanquam de suo gloriari; sed si benefactori gratus esse, ut debet, uult, omnem scientię gloriam auctori Christo acceptam fert. Econtra, qui paruo dono donatus, & indoctior est: potiori dono pre ditum, & doctiorem non cōtemnit, sed Christum doni autorem in illo ueneratur & colit. De quo lege plura in non minus doctis, quam pijs Erasmi paraphrasibus.

Quapropter dicit cum ascendisset.

Ne quis Paulo diffideret, in eo quod dixerat, cuiq; pro suo donū modulo esse collatū: Psal. 67. autoritate confirmat. Quasi diceret hoc quod ego iam dixi: Propheta Dauid iam olim per spiritum sanctum uaticinatus est, fore scilicet ut Christus peracto mortalitatis, & redēptionis humane instituto suo, cœlos ascenderet, & ecclesiā suam uariis donis excoleret.

H Captiuam

Captiuam duxit captiuitatem.

Per figuram enallagen, seu hetero-
 sm, Dauid rē pro persona accepit. Per
 captiuitatem enim nihil aliud significa-
 re uoluit, quā peccatores captiuos.
 Siquidem ante Christi redemptionem
 omnes homines diaboli, peccati, & eter-
 nę mortis mancipia erāt. Obserua autē
 quā pulchrē Propheta ad triumphā-
 tium morem alludat: Quemadmodū
 enim illi captiuos, & prędam hosti ere-
 ptam ante currum triumphalem duce-
 bant: sic & Christus Adam, Euā, Enoch,
 Noē, Abrahamum, & reliquos capti-
 uos in limbo patrum constitutos, & in
 ipsum credentes, tanquam opima spo-
 lia, & manubias deo patri suo obtulit:
 dum triumphās cœlum ascendit. Hęc
 per occasionē docebis, eos duntaxat à
 diaboli, peccati, & eterne mortis tyran-
 nide liberari, qui non aliunde iusticiam
 querunt

querūt, quā per Christū Iesum. Ille nāq;
 unica corporis sui oblatiōe in ara cru-
 cis mactatus p̄ omniū peccatis in ipsum
 credētibus, patri satisfecit; ut idē Paul.
 Hebræorum nono & decimo testatur.

Et dedit dona hominibus.

Quasi diceret Propheta, tamen si Chri-
 stus corporali sua præsentiā ecclesiam
 relicturus sit, tamen eam haud quaquā
 indotatam relinquet. Spirituali nan-
 que sua præsentiā illi præsentiſsimus er-
 rit, dum omni genere donorum illam
 dotabit. Hęc rursus obseruabis quā
 elegāter David in metaphora à trium-
 phantibus sumpta perseueret. Quem-
 admodum nāq; illi parta uictoria, &
 acto triūpho uariis donis & spoliis ho-
 stibus ereptis propinquos & amicos su-
 os ornant: Sic & Christus parta uicto-
 ria, & triumpho de satana acto, amicis
 suis, hoc est, in ipsum credentibus, ua-

H 2 ria

ria dona donauit. Hoc loci common-
strabis Christum multò efficacius in pi-
orum cordibus se exeruisse post ascen-
sionem suam, quàm ante. Siquidè A-
postoli, & quotquot illi conuixerūt, car-
nali quodam affectu erga illum tange-
bantur: & ab eius corporali præsentia
toti pendebant. Post ascensionem ue-
rò, & acceptum paracletum longè ma-
gis ad cœlestia aspirabant, & terrena o-
mnia contēnebant. Atq; hoc est, quod
Christus Ioānis decimosexto ait: Expe-
dit uobis ut abeam: Nisi em̄ abiero cō-
solator ille nō ueniet ad uos. Unde pa-
tet, eos toto cœlo errare, qui corpora-
lem Christi præsentiam in pane sacra-
mentali confingūt, corporaliq; esui id
tribuunt quod est solius fidei & diuini
spiritus.

Ceterum illud ascendit.

Posteaquam Paulus sententiam su-
am

am scripturæ testimonio probauit, cōmodissima occasione à Christi ascensione cœpta, illius quoq; mortē & resurrectionem describit: idq; duobus potissimum nominibus. Primum ut Christi humilitate, & submissione Ephesijs ob oculos posita, eosdem ad sui deiectionem adhortaretur, sicut & ad Philipenses secundo facit. Deinde ut doceret, Christi humanitatem, diuinitati tum coadunatā intellige, cœlos ascendisse. Siquidem iuxta diuinitatem ubiq; semper fuit, & per consequens nec à cœlesti patre suo abfuit.

Nisi quod prius etiam descendit.

Paulus idem heic significare uult, quod Christus ipse Ioannis decimosexto ubi inquit: Exiui à patre & ueni in mundum. Iterum relinquo mundum, & uado ad patrem. Sed dices: Quomodo Christus à patre exiuit, quum ipse

H 3 Ioannis

Ioan. tertio dicat: Nemo ascendit in
cælum, nisi qui descendit, nempe filius
hominis, qui est in cælo. Si enim patrē
nunquam deseruit, quo pacto ab illo
abiit: Respondeo, primum à Paulo hæc
ethologicè iuxta eorum consuetudinē
dici, qui aliquò missi ab hero, seu magi-
stratu suo, legatiōe functa, & rebus be-
ne gestis, redeunt. Deinde eum per al-
loesim, hoc est commutationem natu-
rarum, dicere Christū de cælo descen-
disse. Non enim nisi secundum naturā
diuinā descendit. Sic & Christus dum
dicit, filium hominis in cælo fuisse, per
alloesim humanitati attribuit, quod
diuinitatis est. Paulus itaq; per descen-
sionem nihil aliud intelligit, quā quod
Christi diuinitas humanitate assumpta
& mortē in eādē obita, nos redeme-
rit. Neq; enim illa spacio, aut motu ul-
lo sic à patre discessit, quin semper tan-
quam individua comes ei adhereret.

Sed cum rursus dicit Paulus.

Qui descendit, idē ille est, qui etiā a'cēdit.

Rursus per alloesim hæc intelligēda sunt. Nisi enim tropum adhibeas, neq; Pauli, neq; ipsius Christi uerba Ioannis decimosexto cohærebunt. Nam secū- dum diuinitatem de cælo descendit, se- cundum utranq; uerò, sed potissimum iuxta humanam, cælos ascendit. Ete- nim hæc ueluti hospes illuc uenit: quū illa, licet semper ubiq; existens, in pro- priā suam sedem reuersa sit. Hæc per occasionem fidei articulum nostræ de Christi ascensione tractabis, & obiter docebis, eos qui Christi carnem in pa- nem, & sanguinem in uinum symboli- cum includunt, putantes dentibus cor- poris, Christi corpus edi, & non potius fide sursum erectis cordibus ubi Chri- stus ad dexteram dei sedet: aut turpiter articulum religionis nostræ ignorare,

H 4 aut

aut ex mera pertinacia, inuidia, & ambitione, naturas Christi impie confundere, ut indocto uulgo fucum faciant. Id quod ualidissimis scripturis, & rationibus minime uulgaribus Ioannes Oecolampadius, & Huldrychus Zuinglius uiri omnium laude, & memoria dignissimi, satis abunde pio lectori in suis libris hac de re ex professo scriptis, probauerunt. Ad quos optime te lector hocce negociū tractaturum, remitto.

ut impleret omnia.

Id est, ut non solum hoc Dauidis uaticiniū, sed & alia de ipso prædicta per alios prophetas compleret.

Et idem dedit.

Haecenus Dauidis testimonio suā sententiam roborauit, nunc ad materiam institutam de mensura donationis Christi reuertens, per distributionem rhetoricam explicat, quam multiplici
bus

bus & uarijs donis Christus ecclesiam suam donauerit.

Alios Apostolos quidem.

Quid Apostolus sit, Græcæ uocis etymō satis declarat, à Græco em̄ uerbo, ἀποστέλλω, id est, mitto, amando, siue lego, deriuatur. Apostolus itaq̄ latinis legatum significat. Cuius conditionem, & officium rectè perpendens: Anabaptistarum technas facillè confutabit. Quemadmodum enim legatus, cui longinquum, & arduum iter ementiendum est, se non multis sarcinis, bulgis, & reliquis impedimentis onerat: Sic & Christus Matthæi decimo: & Lucæ sexto: suos legatos in uniuersum orbem ablegans, præcepit ut sarcinas, & comæatum omnem inissum facerent, uti non solum expeditiores fierent ad difficile iter, sed ut ne quâ auaritiæ labem Euangelio tum primum her-

H 5 bescenti

bescenti, aspergerent. At inde non cō-
 sequitur eandē quoq; per omnia epi-
 scopi, siue parochi conditionem esse,
 propterea quod pro officij uarietate,
 uarij quoq; sint usus. Nam quum Pau-
 lus in epistola ad Timot. & Titū, uelit
 episcopū hospitalē esse, unde quæso,
 & quomodo beneficus in alios erit, si
 iuxta catabaptistarū nēnias, instar A-
 postolorū nihil proprij possideat, aut
 (ut ipsi loquuntur si stipendio careat:
 Circa hunc locū idiotas, adde etiā sci-
 olos, & semidoctulos nonnunquam in
 scripturarū lectionē incidēteis, admo-
 nere poteris, ut summo cū timore dei
 sacra uolumina euoluant, néue quid-
 quā temerè asserāt, quod legerint: sed
 accuratè scripturarū locos inter se con-
 ferant, aut si id non possunt, eorundē
 collationem in sacris contionibus ob-
 seruent.

Alios

Alios uero Prophetas.

Necessum est Paulum heic aut de eiusmodi Prophetis loqui, cuiusmodi ueteris testamenti Prophetæ fuerunt: qui præterquã quod futura prædicebãt acerrimè in flagitiosorum uitam inuehebantur. Id quod ex Hieremiæ primo capite satis apparet, ubi dominus ad Prophetam sic ait: Ecce dedi uerba mea in ore tuo, ecce constitui te hodie super Gentes, & regna: ut euellas, destruas, & disperdas, & dissipes, ædifices & plantes. Aut de talibus quales idem Paulus primo Corinthiorum decimo quarto describit, cū inquit: Prophetæ duo, aut tres loquãtur, hoc est, scripturas ueteris testamēti enarrent. (Nouū enim tunc tēporis nondū literis proditū erat) quo fit ut Apostoli, & Euāgelistę prædicatiōis suę testimonia ex illo petierint. Nisi for è Paulus per
synonimiam

124 COMMENT. IN EPIST.
synonimiam, seu interpretationē rhe-
toricam, nomine Prophetarum, & E-
uangelistarum idem significare uelit:
id quod Zuinglio nostro in libello de
officio concionatoris uidetur.

Alios Euangelistas.

Si uocabuli Etymologiam spectes:
Euangelista is propriè dicitur qui me-
rum Euangelium, hoc est, gratiam no-
bis per Christum partam, docet: solū-
modo afflictas conscientias consolat,
abstinens uidelicet ab omnibus minis.
Sin uerò Zuinglij sententia arridet, ut
Euangelista idem sit quod Propheta,
& Episcopus, uide modo citatum Ger-
manicum illius librum, & deprehen-
des eum, haud uanis ratiōibus uti. Sic
enim sententiā suā ex secundo ad Ti-
moth. cap. quarto adstruit. Quum Ti-
motheus omni cōsensu episcopus fu-
erit, et Paulus eum sic adhortet: Opus
perage

perage Euangelistæ, ministerium tuum ad plenū probatū reddito: An nō Euangelistā pro Episcopo sumit: Præsertim quum paulò ante in eodem capite, ita scribat: Prædica sermonē, in ista tempestiue, intēpestiue: argue, increpa, exhortare cum omni lenitate, & doctrina.

Alios autem pastores.

Hoc est, qui singulari quodam dei dono præditi, famelicis Christi oues salutari uerbo illius, tanquā gramine gratissimo pascere, languidas curare, & erranteis in uiam reducere, norūt. Sin uera Zuinglij sententia placet, ut Paulus diuersis nominibus idem officium describat: tum apparet, Paulū magnam uim, & energiam ministerij episcopalis in singulis nominibus istis significare: uidelicet, quod uelit Parochum Prophetę officio fungi, in eo,
dum

dum & promissiones, & minas dei producit: & citra omnem personarum respectum in scelera inuehitur. Deinde ut tantam scripturę cognitionē habeat, uti & Euangelistam agere possit, in fouendis & consolandis afflictis conscientijs. Tertio ut instar periti, & fidi pastoris, oueis sibi à Christo commissas non nisi in læta ipsius pascua ducat, & à sterilibus humanarum constitutionum pratis, procul abducat: utq; animam suam pro ouibus periclitatibus ponere non detrectet. De quo consule Ezechielem 34. cap. Ioannē capite 10. & 21. ubi Christus Petro (atq; adeo omnibus Apostolis & Episcopis dicit) Petre si me diligis, pasce oueis meas.

Ac doctores.

Paulus haud dubiè heic non de titularis, & annulatis doctoribus loquitur,

tur, qui in papistica ecclesia sibi solis scientiam, & potestatem enarrandi scripturas uendicant, sed de ijs, qui in maioribus & insignioribus ecclesijs ad hoc fouebantur, ut adulescentes in bonis literis, præcipuè tum sacris, instituerent: è quorum numero tandè presbyteri, & episcopi eligebantur. Siquidem Lucas de eiusmodi doctoribus Actorum decimotertio loqui uidet, cum ait: Erant autem quidam prophete, ac doctores in ecclesia Antiochensi &c. Qui sanè mos ab Hebræorum ecclesia in Christi ecclesiã dimanasse uero consentaneum est. Quarto nãq; Regum capite secundo legimus, prophetarum, hoc est, doctorum, & discipulorum collegium Hierichunte fuisse. Et ex 6. capite eiusdè libri colligi potest, Heliseũ istiusmodi collegij præfectũ, seu præpositũ fuisse. Prophetæ enim

128 COMMENT. IN EPIST.
enim, hoc est, diuinarū literarum stu-
diosi, eum sic compellant: Ecce locus,
in quo nos tecū habitamus, angustior
est, quam ut omnium nostrorum ca-
pax sit &c. Quod autem in ecclesiæ
usum educati, & instructi sint, ex nono
eiusdem libri capite perspicuum est.
Etenim isthic scribitur, unum ex Pro-
phetarum collegio ab Helisæo aman-
datū, ut Iehu in regē ungeret: nimirū
ut Helisæo propheta dei mortuo, aliū
ei subrogari posset. Hunc morem ec-
clesia Iudaica etiam Christi, & Apосто-
lorum tempore seruauit: id quod ex
quarto Lucae, & præcitato Actorum
cap. patet. Illic em̄ sic de Christo scri-
bitur: Et uenit Nazareth, ubi erat nu-
tritus, & intrauit secundum consuetu-
dinem suam die sabbatorum in syna-
gogā, & surrexit ut legeret &c. Heic
uero Lucas idem de Paulo, & comiti-
bus

tibus ipsius loquens, in hæc uerba scribit: A Perga uenerunt Antiochiã Pisi-
diæ, & ingressi synagogam die sabbato-
rum, sederunt. Post lectionem autem
legis, & Prophetarum, miserunt prin-
cipes synagogæ ad eos dicentes: Viri
fratres, si quis est in uobis sermo exhor-
tationis ad plebem, dicite. Hęc igitur
cõsuetudo ut supra dixi, ab Hebræis ad
Christianos defluxit. Ad eundẽ nanq̃
modum hos conuenisse uel idem Pau-
lus primo Corinth. decimoquaro satis
docet, ubi inquit: Quid igitur fratres?
quoties conuenitis, unusquisque can-
ticum habet &c. Et Paulo post, prophe-
tę duo, aut tres loquantur, & cæteri di-
iudicent &c. Locus enim omnibus est
obuius. Hęc ratio instituendi adulescẽ-
teis à Pauli tempore usq̃ ad Augustini
seculum durauit. Eusebius nanq̃ lib 6.
eccles. histor. cap. 3, scribit Originem
catechu-



catechumenos in Alexandrina ecclesia
 instituisse, & liberales quoque artes isthuc
 professum. Talis scola & Augustini
 monasterium fuit. Etenim Possidonius
 in illius uita narrat, decem uiros ex illo
 cœnobio ecclesijs præfectos esse: dum
 Circumcelliones hæretici magnas tur-
 bas in Christi ecclesia passim excita-
 sent: Atque alias deinde ecclesias Augu-
 stini institutum imitantes, similia cœ-
 nobia, hoc est, studiosorū collegia in-
 stituisse: unde episcopi tandem, & pre-
 sbyteri peti possent. Idem docet & Hie-
 ronymus Augustini *σύγχερονος*, id est, co-
 etaneus, in epistola ad Eustochium de
 custodia uirginitatis, ubi ueterum mo-
 nasteriorū ritum in hæc uerba descri-
 bit: Post horā nonam in cōmune con-
 curritur, psalmi resonant, scripturæ re-
 citantur ex more: & completis oratio-
 nibus, cunctisq; residentibus, medius
 (quem

(quem patrem uocant) incipit disputare. Hunc salutarem ecclesiarum ritum Babylonica illa bestia immutauit, dum ante aliquot centum annos ex monasterijs, & collegijs, nil nisi Epicurei gymnasia fecit: & loco prisci studij literarij academias omnium scelerum, & flagitiorum sentinas, & fomētum instituit. Quid em̄ ab homine peccati aliud expectares, quàm ut suis priuilegijs, adulescentibus fenestram aperiret ad malitiam omnem: Ne itaq̄ iuuentus nostra in lupanaribus illis uerius, quàm academijs corrumpetur, senatus noster pristinum illum ecclesie morem reducere conatur, dum ex monasterijs, & collegijs scholas facit. Pro Interlacensi namque cœnobio Duni ludum literarium & prophetarum collegiū instituit. Versus enim Volmlius, dum hæc scriberē presbyterorū colloquio: Albertus autē

I 2 Burerius

Burerius, & Ioannes Hospinianus iu-
 uentuti instituendæ in bonis literis, &
 moribus præfunt. Deinde pro colle-
 gio Zouingensi simile literarum studiũ
 uiget. In quo Georgius Calybæus pro-
 phetis, Sebastianus Lepusculus, & Hie-
 ronymus Emporus pueris docēdis, præ-
 sident. Tertio ex Kunigsfeldensis mo-
 nasterii facultatibus, Erugense studiũ
 institutum est, in quo Henricus Leui-
 nus haud uulgaris prophetarum collo-
 quio: Ioannes autem Virtius meusami-
 cus, unà cum Hypodidascolo quodam
 præest. Deniq; ex collegio irregulariũ
 canonicorum nomine, ex re, Bernę ta-
 lis schola iustituta est, qualem Ioannes
 Rhellicanus, frater meus, antea descri-
 psit. At quum interea temporis illi nõ
 nihil accesserit, opere prætium mihi ui-
 sum est, accessionẽ subiungere. Siqui-
 dem Simon Sulcerus Bernâs, iuuenis
 de

de quo dubites, prudentior ne an eruditior sit, huc quoque interim digno stipendio conductus est. Berchtoldus autem Hallerus, collega meus, & primus Bernensium ecclesiastes, prophetarum colloquio praesidet. Hec mihi Christiane lector, paulo altius fortasse, & longius repetiui, quam annotatorum deceat: attamen quum passim Zoili, & crucis Christi inimici clamitent, nos monasteria, collegia, & literarum studia antiquare: opere pretium esse duxi demonstrare, quod illa in pristinum suum usum restituamus: & priscum ecclesiae ritum in docendis, & instituendis adulescentibus imitemur. Vt autem unde digressus sum redeam, si uis ut Paulus de diuersis ecclesiae officijs loquat, nimirum de eiusmodi doctoribus haec loquitur, quales tibi modo depinxi: Sin uero placet, ut Paulus, quem ad modum supra monui, per di-

uerfa nomina episcopi officiū describat, nihil obsto. Siquidē idē Paul. ad Timotheū & Titum uult, episcopū ad docendum adeò instructū esse, ut aduersariorum ora obturare possit.

Ad instaurationem sanctorum.

Totius pericopæ istius scopus in his consistit. Paulus finalem causam omnium ecclesiasticorum officiorum hanc esse dicit: Primum ut per externi uerbi tractationem, & prædicationē, homines, diuino spiritu intus cooperāte, ad dei, & sui cognitionē perueniant. Deinde ut per uaria ista officia impostoribus, & lupis uia præcludatur, ne illam seuiendi potestatem in gregem Christi, hoc est, ecclesiā habeant. Quasi diceret Paulus: Deus nō in hoc multiplicibus donis ecclesiam suam donauit, ut alij alijs se præferrent, quemadmodum uos facitis, sed ut ea in totius corporis sui

fui commodum cederent. Ceterum quod uetus interpres, & Ambrosius hunc sequutus, uertit, ad consummationem, mihi non displicet, praesertim quod, ut Erasmus ante me comonuit, ad sequentia magis quadret. Paulus enim, ut modo dixi, uult hunc officiorum ecclesiasticorum scopum esse, ut per ea ij, qui iam Christo nomen dederunt, indies magis, ac magis proficiant.

In opus administrationis.

Id est, in opus in uinea domini administrandum, est enim Hebraismus. Quasi diceret hi, quos modo dixi omnes à Christo in hoc deputati sunt, ut uerbum ipsius doceant, & predicent. Vbi commodam occasionem inuehendi in Anabaptistas habes, qui bonarum literarum studia damnant. Neque abs re hoc à diabolo illorum magistro illis suggeri docebis; uidet enim mille artifex ca-

I 4 codemon

codemon officiis illis, & bonis literis in ecclesia regnantibus, se nouam tyrānidem, quam per illos affectat, obtinere nō posse: nisi telum hoc ecclesię è manu excusserit, quo omnes sui milites, hoc est hæretici, confossi sunt. Ideoq; omnium parochorum interest, ecclesias suas adhortari, ut aliquot adulescentes literarū studiis dedificent. Videmus enim quā turpiter, & pueriliter omnes illi errent, qui illotis, & manibus, & pedibus, hoc est, absq; linguarum, & bonarum artium cognitione, in sacris uoluminibus uersantur.

In ædificationem corporis Christi.

Per expolitionem rhetoricam eandem sententiam aliis, atq; aliis modis effert. Nihil enim aliud uult, quam quod omnia ista munera in hoc ecclesię data sint, ut per ea corpus Christi, hoc est ecclesia, proficiat.

Donec

Donec perueniamus omnes.

Heic liquido cernis Paulum alijs, atq; alijs modis eandem sententiã clarius explicare. Nunc enim se exponēs, & proximè præcedentem sententiam expoliēs: docet qua ratiõẽ capiti Christo superstruantur, & in corpus illius coalescant. Quod aut dicit, ut omnes perueniamus in unitatem filij, non est quod quisquã somniet, aliquando futurum esse, ut omnes homines in Christum credant. Nam hoc synecdochicè de prædestinatis duntaxat, à Paulo dicitur. Hi nanq; soli in fidei unitatem perueniūt, qui ab eterno præsciti sunt, id quod idẽ Paulus Rhom. 8. his uerbis declarat: Porro quos præfinierat, eosdẽ & uocauit &c. Et Lucas Actorũ 15, sub finẽ, ubi inquit: Et crediderunt quotquot erant ordinati ad uitam æternam.

I 5 Et

Et agnitionis filij dei.

Nunc quid per fidei unitatem intelligi uoluerit, ipse explicat: nimirum quod per Christi filij sui mortem, & resurrectionem iusticiam, & æternam uitam nobis, qui peccatis mortui eramus, præstiterit. Quæ sanè summa, & cardo fiducię in Christum Iesum est,

In uirum perfectum.

Eleganter in translatione ab humano corpore sumpta, perstat: Quasi diceret, deus nobis in hoc tam uaria dona largitus est, ut ijs ad totius corporis Christi, hoc est, ecclesię augmentum, utamini: nõ ut instar puerorum in his uobis placeatis, & alij alijs se præferant. Quemadmodũ nanq; adulescenti, qui iam ex ephebis excessit, & uirilem togam sumpsit, turpe foret, si denuò in nucum ludo cum pueris decertaret, et in arũdine longa equitaret: sic & nos,

uirili

uirili toga in Christo Iesu sumpta, de-
decet, ad nuces reuerti, hoc est, pueri-
liter de donorum uarietate inuicem
concertare.

In mensuram ætatis plenæ adultæ Christi.

Explicat, quid per uirum perfectū
intellexerit. Quasi diceret: Quæadmo-
dum Christus iuxta humanitatem su-
am, ad plenam & perfectam ætatem
peruenit, antequam moreretur: sic &
uós mysticum illius corpus ad solidam
ætatem non annorum, sed cognitio-
nis, & prudētiæ peruenire decet. Tum
aut solidum Christi corpus estis, dum
illius cognitionē, sapientiā, & eruditi-
onem uestrā, nō ad uanā ostentationē,
sed ad ecclesię totius profectū, usurpa-
tis. Hęc oportuna dicēdi ansam habes
quātarū cladū autores, ambitiosi eccle-
się ministri semp fuerint, et adhuc sint,
dum nō glorię Christi, sed suę student.

Ex

Ex hoc nanq; fonte, omnes fermè hæreses ortæ sunt. Siquidem Arreius hæreticorum omnium princeps, non nisi propter ambitionem ab Alexandro Alexandrinæ ecclesiæ episcopo dissentire cœpit, quàm quod sibi in episcopatu assequendo, prælatus fuerat. Docetis itaq; ambitionem non solum ab episcopis fugiendam, sed ab omnibus Christianis, eo quod omnis discordiæ, & contentionis seminarium sit.

ut non amplius simus pueri.

Pulchrè in metaphora à uiro perfecto sumpta, perseverat. Quū, inquit: Deus per multiplicium donorū collationem, uos crescere, & in uirum perfectū euadere uoluerit, per quàm absurdum est, uos instar puerorum mobiles esse, ita ut sine iudicio, cuiuslibet doctrinæ assentiamini. Hæc primum docetis linguarum, & bonarum artium
cogni-

cognitionem in hoc ualere, ne citra omne iudicium cuiusq; uel interpretationem, uel decretum accipiamus. Illarum nanq; & spiritus sanctus (cuius & illa dona sunt) ope, facile subodorabimur, an id quod offertur, cum sacris literis consentiat, an dissentiat. Propterea earūdem cognitionē ecclesiæ ministris honestam, necessariam & utilē esse. Deinde eos non malitia, sed sensu pueros esse, qui quantumuis leni uento doctrinæ huc, atq; illuc impelluntur: id enim ex mera & prophanarum & sacrarum literarum inscitia prouenit. Atq; hæc altera causa est, cur deus prædicta munera ecclesiæ suę contulerit, quemadmodum supra ab initio pericopæ istius admonuimus.

Ut imponant nobis.

Ex epistola ad Galatas, & Actorum decimoquinto cap. satis apparet, qui
nam

nam uersuti illi impostores fuerint, qui ecclesijs ex Gentibus collectis imposuerint, uidelicet hi, qui tametsi ex Iudaismo, ad Christianismū cōuersi erant, tamen circuncisionē, & reliquas legis ceremonias mordicus tenebant, easq; Gētibus obtrudere conabant. Huius generis ueteratores callidi nostro tempore ij sunt, qui nos ad externorū operum iustificationē, & confidentiā reuocant: dum partim baptismo externo, partim sacramento synaxeos uim iustificandi, & pacandi conscientias nostras, tribuunt, quum tamē hoc solius spiritus sancti officium sit.

Sed ueritatem sectantes in charitate.

Per antithesim hęc superioribus opponit. Quasi diceret, cum in uirum in Christo Iesu perfectū uos iam euasisse oportuerit, non quæuis stulta, & falsa dogmata sequenda erant, sed sapiētia
&

& uera, idq̄ in charitate, hoc est, ita ut doctrina, & eruditio ueltra in ecclesiæ utilitatem cederet. Quo sanè uerbo eorum Ephesiorum inanem gloriã, & factum rursus taxat, qui cum excellentioribus donis præditi essent, se inferiores contemnebant. Cæterum quod sit charitatis Christianæ officium lege eundem Paulum I. Cor. 13.

Adolefcamus in illum per omnia;

Non caret emphasi quod ait, in illum, per hoc enim *κενοδοξία*, id est, uanam gloriam, ambitionem, & fastum omnem damnat, quibus uitijs Ephesi- anæ ecclesiæ doctores laborabant.

Quasi diceret, omnibus ecclesiæ ministris opera danda est, ut omnis eruditionis laus, gloria, & utilitas, in laudem, gloriam, & profectū Christi capitis, & ecclesiæ (quæ corpus illius est) cedat.

In

In quo totum corpus.

Bella metaphora, aut si mauis similitudo est, ab humano corpore sumpta. Quemadmodum nanq; in hoc omnia mēbra (singula tamē pro suo modulo) uigorem suum, & uitalem spiritum à capitis influxu habēt: sic & fideles mysticum Christi capitis corpus, singuli pro sua portione, & quantum cuiq; conducit, uegetantur, & instruntur à spiritu capitis sui, ut ad omne opus bonum, & necessarium in ecclesia idōnei fiant. De quo si copiosius edoceri cupis, lege eundē Paulum primo Corinthiorum duodecimo. Cæterum memineris eum heic alijs uerbis idem agere, quod supra sub finem secundi capitis agit, ubi Christum ecclesie suæ basim, ac fundamentum appellat. Memineris & hoc, quod ad finem pericopæ istius subiungit, solam
 charitatem

charitatem uelut adamantinum quod
dam uinculū esse corporis Christi, quo
integro: totum quoq; corpus bene com
positum, compactum & commissu n
est: eo autem dissoluto, omneis quoq;
compages, & commissuras totius cor
poris solui: id quod ex apologo Mene
nij Agripe apud Liuium lib. 2. ab urb.
condita amplificare potes.

Hoc itaq; dico.

Epilogus est particularis, in quo à
speciali adhortatione ad generalem re
dit. Nam cum multis argumentis glo
riosulos ecclesie doctores ad submissio
nem sui, & modestiā adhortatus esset:
regreditur nunc iterum ad id, quod à
capitis principio cœperat, ubi inquit:
Hortor itaq; uos, ut ambuletis &c.

Ne post hac ambuletis.

In memoriā, sed figuratę, reuocat
Ephesijs prioris uite cæcitatem, & ua

K nitatem

nitatem, ac eosdem inhortatur, ut tanquam filii lucis, nūc, tenebrarum operibus relictis, lucidam, ac splendidam uitam agant, quæ Christianos decet.

In uanitate mentis.

Lactātius libro septimo capite quinto refert Gentileis non solum uanos fuisse in fingendis, & colendis statuis, & imaginibus, sed etiam in alijs nugis. Id quod uel unico Anaxagore philosophi exemplo commonstrat, qui quum aliquando à quopiā interrogatus, in quē usum creatus esset, respondit: ut solem & cœli conuexa intueretur. Quū e contra omnia sydera, a deo q̄ tota cœli machina in hoc à deo sit fabrefacta, ut homo ex creaturarum contemplatione, non ex mutis hominum simulachris, omnium rerum autorem, & conditorem mirificū agnosceret, ut idem Paulus Rom. primo luculentissime docet.

Dum

Dum mentem habent, obtenebratam:

Explanat nunc quo pacto uani fuerint, dum obtenebratum, excecatum, & dei ignorans cor tanquam efficientem uanitatis causam, & omnis generis immundiciam ac libidinem, ueluti effectum illius ostendit.

Ab alienati à uita dei.

Per uitam dei, totam religionem, ac pietatē erga deum synecdochicè intelligit; & subobscurè Ephesiorum idolatriam, ac sceleratē uitam notat. Nisi forte per circumlocutionem, & metaphisim, per uitam dei, deum ipsum intelligat Paulus, qui omnis uitę autor est. In ipso enim uiuimus, sentimus, & mouemur, Sed prior sensus germanior mihi ob hoc uidet, quod cū sequētib; magis cōuenit, ubi inquit: semet ipsos dederūt lasciuię. Hic docebis dei ignorantia omnis impietatis & flagitiorū oīm
K 2 fomitem

fomitam esse, ita ut stoici non abs re omnes stultos improbos, & insanos esse in suis paradoxis pronunciauerint. Ideoq; summi beneficii loco habendum, sicubi deus aliquem sui cognitione dignetur.

Qui posteaquam peruenerunt, ut eò dolore.

Nunc demum explicat, quid per alienationem à uita dei supra ostendere uoluerit, uidelicet, quod eò dementię, ac uanitatis peruenerint, ut nullius rei rationem, nec quidquam amplius pensi habuerint.

Cum auaritate.

Id est non solum licitis & sua sponte se offerentibus uoluptatibus oblectati sunt, sed illicitas, & uarij generis libidines excogitarunt, & ab iis toti demersi, ac absorpti sunt, quemadmodũ de Tiberii Cæsaris, & Heliogabali spintrius, & spurcitiebus legimus, & Paulus Romanorum

manorum primo illas enumerat. Vide Erasmi annotationes super hunc locū, ex eo nāq; tibi facile patebit, quid hinc docendum, & discendum sit. Postremo quatenus modesto, adeoq; Christiano homini liceat uoluptatibus indulgere, legito Ciceronem libro primo officiorum sub finem.

Vos autem non sic didicistis Christum.

Per antithesim uitę gentili Christianam opponit, docens hanc longę alios mores requirere, quàm illa requisierit.

Quemadmodum est ueritas in Iesu.

Veritas heic̄ Hebraico more pro soliditate, constantia, & integritate accipitur: quibus rebus & Christi doctrina, & uita eluxit. Est aut, ut modo commonefecimus, elegans oppositio prioris uitę. Quasi diceret quum adhuc in gentilismo uiueretis, mendacio, & uanitati studebatis, quia cor cupiditatibus

K 5 carnali

carnalibus occęcatū habebatis: at nūc cum in christianismo à Christo principe, ac doctore didiceritis, quid honestum, quid turpe, iustum: iniustum forte: quid ignauum, modestum: quid immodestū sit: par est ut iam ueritati, hoc est integritati studeatis, ac per omnia uestrum doctorem ac principem uita, & moribus uestris referatis, qui dixit: se uiam, ueritatem, & uitam suis esse. Circa hunc locū doceri potest, & à nobis, qui in restaurato christianismo degimus, aliam uite conuersationem requiri, quàm cum in uanissimo papatu degebamus.

Deponere iuxta priorē cōuersationē ueterē hom.

Per profapodosim exponit quidnā à Christo, qui ueritas ipsa est, edocti sint: nempe ut ueterem hominem, id est, impiam uite conuersationem deponerent, qua anteaquam crederēt assue

ti

ti erāt. De qua re quū supra capite ter-
tio plura differuerimus, heic eò breui-
ores nos esse conuenit. Isthic enim ubi
Paulus, de interno homine loquitur, &
ea tractauimus, quæ ad externum, quæ
heic ueterem uocat, pertinent.

Qui corrūpitur iuxta cōcupiscentias erroris.

Per locū ab incommodo à praua ui-
tæ conuersatione obiter dehortatur.
Quicunq; enim carnalibus concupiscē-
tijs acquiescunt, hi perniciē sibiipsis ul-
trò accersunt. Siquidem nimia cibi, &
potus ingurgitatio corpus uariis mor-
bis obnoxium reddit: ita ut uerissimè
dictum sit, plures crapula, quàm gladio
perire. Deinde nimius quoq; coitus ui-
res corporis eneruat, ac innumerabi-
leis morbos generat. Postremo annō
liuor & odium iis exitio est, qui illis la-
borant: dum se aliena felicitate mace-
rant, ad eò ut nunquam quieti sint. Ce-

K 4 terum

terum quod dicit Paulus, concupiscentias erroris, Hebraismus est, pro, concupiscentias erroneas, quæ ideo sic uocantur, quod felicitatem polliceantur, quum meram infelicitatem præstent, eo quod nulla unquam uoluptas tanta fuerit, quin dolor tanquam indiuiduus comeseam seuctus sit. Id quod tritissimum apud Germanos prouerbum est: Es ist kein freud on leid.

Renouati uero spiritu mentis uestræ.

Quidam partiuntur hominem in tres partes, in corpus, animam & spiritum nos uero eum in duas diuidendum esse censemus, uidelicet in corpus & animam. Atque secundum utranque partem, ueterem hominem dici arbitramur: qui tamen si rationem tanquam lumem quoddam habeat, quo uerum à falso, honestum à turpi discernat tamen cæcus est in rebus diuinis diiudicandis, donec superno

perno lumine spiritus sancti illustretur. Atque hoc est, quod Paulus idem Romanorum octavo inquit: Prudentia carnis mors est prudentia autem spiritus uita. Perinde atque oculi nostri quantumuis perspicaces, in tenebris cœcutiunt, allato autem externo lumine, officio suo fuguntur: sic & ratio nostra quantumlibet acuta sit in rebus carnalibus discernendis, tamen in rebus diuinis caligat, nisi superna luce spiritus sancti adiuuet. Quo circa & heic Paulus ait Ephesios spiritu renouatos esse, hoc est, pristinis uitijs renūciasse. Quod autem spiritum mentis appellat, ideo factū est, quod spiritus sanctus sedem, & domicilium in mente, seu anima tota habeat. Vbi certam notam habes, spiritum sanctum diuersum quiddam à mente, seu intellectu esse, præsertim quum idem Paulus 1. Cor. 2. dicat. ea

K 5 quæ

quæ spiritus dei sint ab animali, id est
psychico homine, non intelligi.

Induere nouum hominem.

Quis sit nouus, siue internus homo
supra cap. 2. enarrauimus.

Qui iuxta deum conditus.

Elegans allusio est, ad primam homi-
nis creationem. Siquidem is ad imaginem,
& similitudinem dei conditus est, ut Mo-
ses lib. 1. testatur. Cæterum per imaginem
dei in homine, cum Zuinglio nostro fe-
licis memoriæ, nihil aliud intelli-
gimus, quam naturalē legem omnium ho-
minum mentibus inscriptam, qua præcipi-
tur: ut ad eum modum fratres nostros, id
est, omnes homines tractemus, quo-
modo ab ipsis tractari uellemus. Hanc
ipsissimam Mosis sententiam fuisse de
immagine dei: Pauli uerba, quæ mox se-
quuntur, ostendunt, cum inquit.

Per iusticiam, et sanctitatem ueritatis.

Quasi diceret Paulus, tum demum

nouum hominem, & talem, qualē deus primitus creauit, induetis: quū iuste, sancte, & integre uiuetis. Hisce nanq̄ & similibus rebus solis humani generis creatorem deum referre possumus, id quod ex Osee 2. cap. liquet, ubi dñs ecclesiā ita alloquit: Spōsabo te mihi in sempiternum, et spōsabo te mihi per iusticiam, iudicium, misericordiam, & miserationes.

Qua propter deposito mendacio.

Epilogus est particularis totius quarti capitis. Etem̄ quum à capitis initio Ephesios adhortatus esset, ut nihil uocatione sua indignū cōmitterent: deinde inanē quorundā ostentationē, ac supcilium rephendisset, ac tertio rursus ad gñaleis paræneseis se contulisset, dum spurcitiē gētilismi uitare, mūdā ac purā uitā in christiāismo sectari præcipit:

nunc

nunc per epilogū colligit, & apertius ostendit, quid ueterem, & quid nouū hominem deceat. Porro per mendacium heic omnem dolum fraudem calumniam & insidias intellige, quibus impiè uersu i cum proximo suo agunt in omnibus conuentibus, & contrariis, & econtra per ueritatē, sinceritatem, candorem, simplicitatem, ac integritatem intelligito.

Quoniam summus inuicem membra.

Ἀιτιολογία, id est, causæ redditio, ac cōfirmatio est, quare dexteritas Christianos deceat: propterea inquit, quod supra dixerim Christum caput corporis ecclesiastici, nos uerò illius mēbra esse. Quemadmodum itaq; corpus humanum bonam suam ualitudinem retinere non posset, si membra sibi inuicem insidiarentur: sic nec Christi mysticum corpus incolume esse poterit;

fi

si membrum membro per insolentiã,
& uanam ostentationem insultet: aut
quocunq; modo circumuenit.

ira cimini, & non peccetis.

Paulus humani ingenij impotentiam, & imbecillitatẽ etiam in pijs, probe cognitã habuit: propterea ab Ephesijs, adeoq; omnibus Christianis non exigit, ne irascantur: sed ut gliscentem uindictæ cupiditatẽ, spiritus sancti moderamine refrenent, ne lōgius, quam par est, extra septa euagetur: id quod ex sequẽtib; clarum est, cum inquit.

Sol ne occidat super iram uestram.

Ipsè nunc explicat, quid sit irasci, & non peccare, uidelicet, si operã demus ne malum hoc ingrauescat. Id quod Horatius ad Lollium suum hisce uersiculis commodæ docet.

*Ira furor breuis est, animũ rege: qui nisi paret,
Imperat: hunc frenis, hunc tu compeſce catena.*

Neq;

Neq; detis locum calumniatori.

Per calumniatorē no diabolū (qui hinc nomē sortitus est) sed quēlibet E- uāgelicæ ueritatis criminatōrē intelli- gimus . Quasi diceret Paulus , uel ob hoc saltē integritati & modestiē studē- dum est , ne Christianismi osoribus ca- lumniādi ansam detis . Quū enim uide- rint nos æque dolosos , & iracūdos es- se , atq; reliquos mortaleis , dicūt : Vah qualis deus est ille , quē fraudulentī , & iracūdi illi homines colunt , & interim se nobis anteponunt . Idem monet Pe- trus in priori sua epistola cap. 2 . Hinc docendū puto , nihil æque magnani- mum uirū facere , atq; iræ moderatio- nem . De quo lege Cicer . lib. 1 . officio- rum . Quo autem pacto iracundiā re- primenda sit , lege primam eiusdem e- pistolam ad Quintum fratrem , id ' que sub finem .

Qui

Qui furabatur non amplius furctur.

Paulus heic furti nomine omnem turpē quæstū, & quālibet proximi circūventionem intelligit, quemadmodū & in quarto præcepto secūde tabule Exodi 20. Moses usurpauit, ut Zuīg lius noster ante nos annotauit. Estq̃ tropus synecdoche, species p̃ genere. Circa hunc locū, per occasionē reprehendere potes omne genus imposturæ, quo callidi simplicibus imponūt. Quorū è numero pleriq̃ propolæ, & institores sunt. In summa dices, caput erga magnos fures, & totius orbis delubitores aperiri; paruos aut̃ in crucē tolli, q̃ nōnunquā uix tātū furati sunt, quāto precio suppliciū illorū magistratū *Magis autem laborat.* (tui constat. **Nō** fatis est Christianū hominē furto rapinis, et alijs circūventionibus renūciasse; nisi postea q̃stui pio uacās sug
&

& aliorum inopiæ prospiciat: Qui em̄
 (ut Paulus alibi ait) non laborat; non
 manducet. Cæterum per laborem ma-
 nuum heic omnem licitum quæstum
 intellige. Neq; enim ij solum laborât,
 qui manum stiuæ, malleo, limæ, & a-
 cui sarctorie admouent: sed quotquot
 siue corporis, siue ingenij uiribus re-
 publicâ iuuât. Imò quâto animus præ-
 stat, tantò illius labor, huius laborē an-
 tecellit. Quæ autem artes, & qui quæ-
 stus sordidi, & impij, & qui liberales,
 ac piij sint, aliqua ex parte iâ diximus.
 si quis uerò plura de his legere cupit,
 uideat Ciceronem libro primo officij
 orum sub finem.

Omnis seruo spurcus.

Per amplificationē ab incremento
 rhetorico docet, non satis esse, ut quis
 manum à rebus illicitis abstineat: sed
 insuper etiâ linguā cohibendam esse,

ne

ne quid turpe, & obscœnum effutiat.
De linguæ bonę commodo, & malæ
incommodo lege Erasmi paraphrases,
& libellum aureū eiusdem de lingua,
in quem tanquam in aceruū quendam
omneis omnium fermè bonorum au-
torum sententias de linguę uitio, & uir-
tute, disertissimè congeffit.

Sed si quis est bonus.

Ex hac antithesi apparet, quid supra
per *σαωρόν*, id est, putridū, siue spurcum
sermonem intellexerit, nimirū turpem
& inhonestum. Nam Gręci putridum
metaphoricè eo modo usurpant, quo
Germani: putridum enim hominem
pro scelerato uocamus. Quid autem
heic per bonum sermonem intelligat,
ipse mox subiungit, dicens: ad edifica-
tionem, id est, tale nostrū colloquium
sit, ut quicūq; ei interfuerint, meliores
ex eo discedant. Atq; hic sensus ex Grę

L cī

ci contextus distinctione commodius
 elici potest, quam ex Latini. Siquidem
 illi textum huius loci ita distinguunt,
 ἀλλὰ εἰ τις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς κηρείας,
 id est, si quis bonus est ad ædificationem
 hoc est, ad utilem ædificationem, id est
 Hebraica loquendi forma. Quum hic
 Erasmo interprete sic habeat: Bonus
 ad ædificationem, quoties opus est.
 Quod uero ad extremum addit, ut det
 gratiã audientibus, non intelligendum
 est, quod quisquã pius alijs suam pietatẽ
 siue gratiã spiritus sancti impartire pos-
 sit: sed sic, ut Paulus uelit, nostra collo-
 quia ad hunc modum instituta esse, ut
 gratiosa, & grata in piorum cordibus
 sint, ne scilicet illis offendantur. Atq;
 hanc Pauli mentem esse sequentia pro-
 bant quum inquit.

Et ne contristetis spiritum sanctum dei.
 Per amplificationem à contrario à
 turpiloquio

turpiloquio dehortatur. Quum enim modo precepisset, Ephesiorum, atque de omnium Christianorum colloquia piis gratiosa esse oportere: per contrarium nunc subiungit: Ne contristetis quasi diceret, nisi enim a spurcis sermonibus abstineatis, spiritum dei piorum corda inhabitantem contristabitis. Nisi tu malis per spiritum sanctum hec totum hominem spirituales metonymice seu synecdochice intelligere. Qui sane pre nimia amoris flagrantia erga deum non potest non offendi, si quid audiat, quod ab honestate, & illius preceptis absolum sit. Quemadmodum enim sincero amico uehementer dolet, si tibi existimatio & fama sui amici leditur: sic quotquot amici dei ex animo sunt, illius maiestatem & precepta contemni indignissime ferunt. Itaque locum commune hec tractandum habes, de offendiculo proximi,

L 2 quem

164 COMMENT. IN EPIST.
quem ex duodecimo & decimo octavo
capite Matthei, item aliis scripturæ lo-
cis amplificare licet.

Per quem obsignati estis.

Refricat id, quod supra capite pri-
mo dixerat, ubi inquit: In quo & credē-
tes obsignati estis spiritu promissionis
sancto, qui est arrabo &c. Hæc notabis
quod per electionem quidem filii dei fi-
amus: sed per spiritum sanctum redem-
ptionis, & salutis æternæ perinde certio-
res reddi, & confirmari atq; is, qui pri-
mū quidē literas de hæreditate aliqua
adeūda accipit sed tum demū eas ratas
esse cognoscit, quū obsignatas uider.

Omnia amarulentia, & tumor, & ira.

Quandoquidē supra Ephesiorum
doctorum ambitionem, supercilium,
insolentiā, & paulo ante iracundiā in
genere taxauerat: nunc, eo quod per
quam necessaria erant, illa per epilogū
uelut

uelut breui fasciculo complectens, repetit. De quo plura Theophilactus.

Sitis autem inuicem alius in alium comes.

Per antithesim hæc superioribus opponit. Modò nanq̄ ostendit, quæ uitia ueteris hominis deuitāda sint: iam quæ uirtutes, & conditiones noui hominis sequendæ sint enarrat.

CAPUT V.

IN eadem morum parænesi perstat & primū argumento à Christi principis nostri exēplo sumpto colligit Christianos decere, ut alius alium diligat, propterea quod Christus ad eò nos dilexerit, ut mortem turpissimam pro nobis sit perpessus. Deinde ad uaria pietatis officia describenda pergit.

Imitatores dei.

Suple in condonandis mutuis offensis, & benefaciendo male etiam de nobis meritis. De quo lege caput quintū

L 5 Matth.

Matth. sub finem, & caput decimo
 & tauum. Deniq; Lucae 6.

Tanquam filij dilecti.

Quorum scilicet officiū est, bonos
 patris mores imitari, & per omnia re-
 ferre. Hinc discendū est, illos demum
 germanos dei filios esse, qui patris eter-
 ni, & filii eius unigeniti charitatem imi-
 tantur. Quantopere autem uterq; nos
 dilexerit, mox subiungit, dicens.

Et tradidit semetipsum pro nobis, oblationē.

Scitē ad ueteris testamenti hostias,
 & uictimas alludit, de quibus Leuitici
 primo. Quæ sanē nil nisi typus Christi
 fragrātissimæ uictimę fuerūt, ut testat̃
 autor epistolæ ad Heb. capite nono &
 decimo. Alioquin enim deus cum ore,
 & naribus careat, ouiu, & boum uicti-
 mis nec uescebatur, nec earum nidore
 capiebatur, ut est uidere Esaie ultimo.
 Quod autem dominus in Leuitico ait,
 hosti

hostias rite oblatas sibi gratas esse, hinc fit, quod animū donantis potius, quā donum respiceret, hoc est fidem eorū, qui mysterium futuræ oblationis Christi intelligebant. Id quod ex Abelis, & Caini exemplo Gen. 4. cap. facile monstrabis.

Cæterum scortatio.

Quum supra turpiloquio interdixisset, id iam unā cum aliis uitiis repetit. Cæterum quod dicit, ne nomine quidem inter uos, hyperoche seu hyperbola est. Quasi diceret adeo immunes, ac inexpertes omnis obscœnitatis, & avaritię uos esse conuenit, ut nulla illarum mentio ita fiat, ut quisquam ex ea deterior reddatur. Neq; enim Paulus seu ecclesię ministris seu aliis piis interdixit, ne reprehendi, aut abominandi causa, istiusmodi uicia nominarent.

L 4 Sed

Sed magis gratiarum actio.

Græca uox ἐὐχαριστία, quam interpres Latinus gratiarum actionem uerit, etiam significat bonam gratiã: quæ interpretatio huc fortasse rectius quadraret. Nam quum ad finem superioris capituli Paulus uelit nostras confabulationes ita instructas esse, ut confabulatoribus piis gratiosæ, & acceptæ sint, & eandem sententiam hæc refrigeret: quid uetat quo minus utrobique idẽ docere uelit? Quasi diceret, obscœnitatis, & stultiloquium uos nõ decent, sed magis bona gratia, id est, sermo gratia & sale cõditus, quo alij non deteriores, sed meliores fiant.

Aut auarus. qui est simulachrorum cultor.

Quum apud pios nihil equẽ odiosum sit, atq; idololatria, Paulus non solum dehortationis causa idololatrã appellat: sed quod per hoc uitiũ uel maxime

me

mè à deo alienemur, quem unicè debemus uenerari. Vbicunq; enim auri thesaurus repositus, isthic & cor illius est. Proinde ex hoc loco docebis, idololatriam non solum in creaturarū, adde etiam dei imaginibus uenerādis consistere: sed in omnibus rebus, quas deo anteponimus. Dum enim uoluptati illicitæ & ambitioni studes, annō ex illis deos facis, quibus, deo uero cōtempto, dum præceps ad eas ruis, litas, & per omnia obsequeris. Item dū per fas, & per nephas opes congeris, annon ex illis deum Plutum, uidelicet Aristophanicū facis? Hinc igitur idem Paulus I. ad Timot. 6. pecuniæ studium meritò radicem omnium malorum uocat. Etenim cum natura ipsa, hoc est, deus, nobis inseuerit ut coniuuges, ac liberos nostros amemus, uim et omnem iniuriā ab eis propulsemus:

L 5 tamen

tamen reperias quosdam lucri studio
adeò dementatos, ut illos ad impudi-
cum quæstum prostituât. Deniq; quû
(teste Cicer. lib. I. officiorû) patria no-
bis multò charior, & antiquior esse de-
beret, quã parentes, liberi, propinqui,
& familiares: tamen quidem usq; adeò
lucri amantes sunt, ut eã hostibus pro-
dant. Hinc nanq; factum est, ut multi
ex Rhomanorum nobilibus ad Iugur-
thæ scelera eatenus conniuerent, qua-
tenus Iugurtha quantûuis sceleratus,
tãdem ex urbe domum rediens, eã-
que multoties respiciens, dixerit: O
quàm uenalis es Rhoma, & cito peritu-
ra, si modo emptorem inueneris. Hęc
atque huiusmodi multa, & ex sacris
& prophanis autoribus de hoc uitio
adduci possunt.

Non habet hereditatem in regno Christi.

Pauli mens non est, ut quotquot
scor. ati

scortati sint, immūdi & auari fuerint, à regno dei excludātur: sed quotquot in illis flagitijs perseverauerint. Siquidem Magdalena, & Matthæus, eiusmodi sceleribus obnoxij, tandem conuerſi sunt & salui facti. Deus enim (ut apud Prophetā inquit) non cupit mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur, & uiuat. Porrò autē quod Paulus in fine istius periodi ait, in regno Christi, & dei, arbitramur &, non copulatiuum, ἀλλὰ ἐξ ηὐστηκόυ εἶναι, id est, expositiuum esse. Neque enim aliud Christi, aliud dei regnum est: sed quū filius cum patre unus, & idem (distinctum personis) deus sit, cōsequens est: ut idem quoq; utriusque regnum sit.

Ne quis uos decipiat inanibus sermonibus.

Per occupationem tacitæ quæstiōi
occurrit:

occurrit: Quasi diceret, haud me latet quosdā sciolos, inter uos esse, qui uos docere aufint, quod Deus non tam saeuus, & immanis sit, ut quēquam, propter scortationem immundiciam, stultiloquiū, auariciam, & alia huiusmodi leuia uitia damnet, quemadmodum Paulus tetricus morum censor putat: imò in hoc tenuia ista praecepta nobis dedit, ut timorem incuteret, non ut illorum uiolatores aeterno supplicio addiceret. Quo circa Paulus Ephesios praemonet, ne istiusmodi impostoribus aureis praebent.

Propter haec enim uenire solet ira dei.

Αιτιολογία est, quare dicaces illi deceptores potius, quam praecceptores, non sint audiendi. Propterea, inquit, quod ira dei super omnes immorigeros ueniat. Per iram autem metonymicè poenam intelligito, quae ab irato deo

deo cunctis inobedientibus infligitur, non solum prædictis sceleribus obnoxiijs. Hæc per occasionem, istorum impietas notanda est, qui simplicem scortationem, & pecuniæ studium nõ pro capitali peccato habent. Atq; illis non tantum hic Pauli locus, sed & alius 1. Corinthiorum 6. obijciendus est. Ne erretis. Neq; scortatores &c. Item illud horrendum iudicium dei, Numeri 25. Vbi legitur, propter simplicem unius hominis scortationem, uiginti quatuor milia hominum occisa esse.

Ne sitis igitur consortes illorum.

Per epilogum particularem infert, & concludit, eos non audiendos, qui stultiloquium, urbanitatem, pecuniæ studium, & scortationem non pro capitalibus peccatis, sed pro leuiculis delictis habenda esse censebant.

Eratis

Eratis enim quondam tenebræ.

Causam subnectit, quare non conueniat, ut pristinos sceleratę uitę sodales sectentur: propterea, inquit, quod noua conditio, & alia professio, nouã quoq; & multò integriorem uitę conuersionem requirat. Ceterum in uoce tenebrę, enallage, seu mutatio est rei pro persona, & mira auxesis. Siquidẽ Paulus per eam ostendere uult, Ephesios quum in Gentilismo adhuc uersarẽtur, non solũ tenebrosos, & cęcos fuisse, sed ipsas tenebras, & cęcitatem: id quod supra clarioribus uerbis ostẽdit cap. 4. cum inquit: Ne post hac ambulales, quẽadmodum & reliquę Gentes in uanitate mentis suę: dum mentem habent obtenebratã &c. Quod de tro-po tenebrę diximus, etiã de uocabulo lux intelligendũ est, nimirũ qđ Ephesij lux, id est, lucidi facti, dũ per Christi

sti

sti spiritum edocti sint, quid uerum, quid falsum, quid honestum, & quid turpe sit: quemadmodum multis uerbis idem Paulus supra cap. 4. ostēdit.

Vt filij lucis ambulat.

Σύνθεσις συλλογιστικῆ, hoc est, collectiua, seu illatiua coniuñctio, Heb. loquendi forma, omissa est. Nā quū Paulus per argumentū ab officio, seu noua p̄fessione, Ephesios à prauorū consortio dehortetur: cōmodè nūc subiūgit: Quandoquidē ergo filij lucis estis, hoc est, lucide, & illustri Christianorū professioni nomē dedistis, par est, ut uitæ quoq; puritate illi respōdeatis. Idē docet Paulus Rhom. 13. ubi inquit, nox præterijt, & dies illuxit &c.

Nam fructus spiritus situs est.

Per fructus spiritus, spiritualis hominis facta intelligit. Siquidē iā explicat, q̄ sint filij lucis, nimirū q̄ iusticię, et eq̄tati

tati student. Obseruabis autem quàm disertè has uirtutes, uitijs supra capite quarto sub finem positis, & ab initio istius, opponat. Siquidem bonitas iræ, & amarulentia, iusticia furto, & auaricia, ueritas mendacio, & omnibus fallacibus mundi illecebris contraria est.

Probantes quid sit acceptum domino.

Quasi diceret Paulus, ut summam omnia complectar: si re uera lucis filij estis, operam dabitis, ut omnia ea probetis, & ob oculos habeatis, quæ domino placent. Quæ autem dominus potissimum à suis requirat, lege Oseã duodecimo, Micheam sexto & Mat. capite uicesimo tertio ubi Christus iudicium, misericordiam, & fidem, legis præcipua esse docet.

Et ne commercium habueritis.

Quum modo spiritualis hominis, hoc est uere Christiani officium esse docu-

docuisset, bonitati, iusticię, & ueritati
 studere: nunc per amplificationē à con-
 trario demonstrat, quę Christiano ho-
 mini cauenda sint. Opera uero impio-
 rum idcirco infrugifera appellat, quod
 inclemētia, iniusticia, mendaciū, fraus
 insidię, ac reliqua uitia omnia, illis (si
 in ipsis perseuerauerint) & in corporis,
 & in anime perniciem uergāt. Deinde
 & à causa efficiente, & ab effectu, ope-
 ra tenebrarū appellat, propterea quod
 ij duntaxat prauis facinoribus studeāt,
 quorum mentes uanitate & cœcitate,
 obtenebratę sunt: & quod flagitiosam
 uitam ducentes, lucem fugiant, noctu
 enim pleraq; adulteria, furta, & homici-
 dia committuntur. Nisi forte Paulus
 per auxesim Gēteis tenebras, id est, nō
 solum cęcas, sed cęcitatē ipsam uocet,
 atq; earum infrugifera facta uitari ue-
 lit. A quo sensu, quę sequuntur, non ab

M horrent

horrent, cum inquit: Nam que secreto
fiunt ab istis &c. Quem sensum si seque-
ris, uides Paulum idem heic monere,
quod secundo Corinthiorum sexto u-
bi ait: Ne ducatis iugum cum infidelibus.

Quin ea potius etiam arguite.

Tantum, inquit abest, ut uelim uos Ethni-
cis in flagitiosa uita ducenda similes ef-
se, ut insuper etiam a uobis requiram si
forte fortuna in illorum sodalitium in-
cideritis, ut eorum scelera corripiatis.
Heic docendi occasionem habes opti-
me lector, quatenus pijs cum impijs co-
suetudinem, & familiaritatem habere
conueniat, quatenus scilicet commer-
tia illorum in dei gloriam, & honorem
cedunt. Hoc si fiat, exemplum Christi
cum publicanis & peccatoribus conui-
uantis

uantis, item hic Pauli locus nihil uetat
 quo minus pij cum impijs amicitia in-
 eant, & cum illis conuersentur: Sin ue-
 ro impij ex uestra conuersatione dete-
 riores, & nos non meliores reddimur,
 adeo ut instar rabiosorum canum san-
 ctissimum dei uerbum lacerent, & in-
 star immundorum porcorum marga-
 ritum euangelicum a nobis oblatum co-
 spurcent, deniq; si nos illorum sceleri-
 bus iniquemur, & ex Christi, & ex Pau-
 li precepto 2. Cor. 5. discimus, illorum
 consortium uitandum esse.

Nam quae secreto fiunt ab istis,

*κατὰ ἄποκρίτων, id est, per reticen-
 tiam turpia Gentium facta & nefandas
 omnis generis libidines reticet, ne &
 ipse in turpitudinis, ac obscœnita-*

M 2 tis

tis uitium dicēdo incidat. Hinc docendum puto, non solum turpia, & nefanda scelera suis nominibus in cœtu fidelium non esse nomināda, sed & eas partes corporis & earum usum, qui per se non inhonestus est, attamen citra obscœnitatis uitium nominari nō potest. De quo lege Ciceronem libro primo officiorum sub finem.

Sed omnia produntur à luce.

Quinquā inquit Paulus, Gentileis multa turpia secretò cōmittant, tamen temporis successu in lucem scelerata illorum facta prodibunt, & omnibus manifesta fient. Obseruabis autem quam eleganter in oppositio ne tenebrarum, & lucis perstet: & quod per lucem Christianos denotet, qui instar lucis omnia illustrant, iuxta illud primo Corinth. secundo: Spirituales homo dijudicat omnia, ipse uerò à nemine iudicatur.

Hinc

Hinc etiam factum est, ut Alexander ille *ψευδομαυλις*, id est falsus uates, Luciano teste, suas imposturas & prestigias coram Christianis exercere noluerit, quod scilicet oculati, & perspicaci iudicio essent, in discernendis uirtutibus à uitijs.

Nam quidquid manifestum redditur.

Græcum participiū τὸ φανερούμενον etiam actiue reddi potest, id quod Erasmus ante me uidit, ita ut sit mediū uerbi participium, & tum rectius cum interpretatiōe nostra, uocis luce, quadrabit, ita ut Paulus superiorē sententiam confirmans, dicat: Neq̄ mirum uobis uideatur, quod dixi turpia, & occulta Gentium flagitia à luce, id est, Christianis detegi. Siquidem quum sol, luna, & quodlibet lumen obscura illustret, multo magis Christiani uerę lucis filij, clandestina Ethnicorum facinora ma-

M 3 nifestare

nifestare queunt. Atq; ita Paulus nihil aliud heic cuincere conatur, quã quod Christus Matthei decimo discipulos suos docet, cum inquit: Nihil est tectum quod non sit retegendum: & nihil occultũ, quin futurũ sit, ut sciatur. Hinc igitur homines ab occultis facinoribus deterrebis, quod scilicet deum nihil lateat, & quum illi uisum sit, quantumuis clancularia, praua nostra & consilia, & facta fuerint, tũ ab eo palã fieri posse.

Quapropter dicit

Non constat quis hæc dicat, seu unde Paulus hæc depromserit, de quo Hieronymi commentarios, & Erasmi annotationes consule. Apparet autem Paulum apocrypho aliquo scripto, seu oraculo dei, eos ad uitæ puritatem adhortari uelle, qui omnis generis uoluptatibus, & turpitudine commaculati, & immergi essent.

Exper

Expergiscere qui dormis.

Quasi diceret Paulus, quandoquidē modo dixi, nihil non à luce manifestari, par est, ut quotquot tenebrosis operibus illis, hoc est, flagitijs in dormiscūt, à mortuis, id est, peccatis mortalibus resurgant, id est, resipiscant: hoc enim si fecerint Christus lux uera cordibus illorū illucescet, ac æternæ salutis uiam ostendet. Annotandum est autē, quod huius dicti autor, quisquis tandem fuerit, ipse metaphoram aperiat, quum dicit, & surge à mortuis, in eo enim declarat, quid per dormitionem, siue somnum intellexerit. Estq; pulchra allusio ad illud poëtarum figmentum, quo fingunt somnium lethi fratrem esse. Neq; illepide hoc ab illis fictum est. Etenim dormiēs semimortuus est. Id quod Ouidius hoc disticho elegantissime docet.

M 4 Stulte

Stulte quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago?

Longa quiescendi tempora, fata dabunt.

videte igitur quomodo circūspecte ambuletis.

Urget epilogum particularem quæ supra incepit, quum inquit: Ne sitis igitur consortes illorum &c. Concludit autem hoc, ad quod superius illos adhortatus erat, ne scilicet manibus impostorum sermonibus seducerent: né ue per impiorum prauam conuersationē contaminati in pristina scelera relaberentur.

Non ut insipientes, sed sapientes.

Cicero lib. 4. Tuscul. quest. eum appellandum esse sapientem censet, qui rerum diuinarum & humanarum cognitionē habeat; & rectè quidem cum M. Tullius, tum alij philosophi sapientem definierunt, At hoc in illis requiritur, quod sapientiæ autorem non agnoscunt, dum illa nature, & suæ industrie tribuunt:

tribuunt: & quod humanas res, hoc est, honorē, & gloriam suam diuino honori, & gloriæ, adeoq; omnibus diuinis anteponunt. Quocirca sapiens Christianus is erit, qui rerum diuinarum, & humanarum tantam agnitionem sibi à deo donatam esse cognoscit, ut quidqd in hoc mundo caducū, & terrenum est, æternis cœlestibus rebus (quibus per Christi meritum potitur) postponat. Tàm igitur sapientes, & circumspectos Paulus heïc nos esse uult, quàm Christus, cū Matthei decimo inquit: Estote prudentes, uelut serpentes, & simplices sicut columbæ.

Redimentes occasionem.

Scilicet salutis assequēde: Perinde nāq; ut in oībus negotijs humane uite, occasio, & oportunitas tpspectādi est, sic & in rebus ad æternā uitā pertinentibus nequaquā negligēda est. Quum

M 5 enim

enim tempus ferendi & metendi uenerit, nisi occasionem urgeas, frustra posthac, aut saltem non sine incommodo, seueris, & messueris. Sic quoque nisi occasionē oblatis uerbi dei arripias, eiq; credas, frustra in posterum illud ablatum ex auribus requiras. Ταχιδ' nanq; ὁ καιρός, id est, occasio quā citissimè res immutat (ut Græcus Gnomographus inquit) μεταφέρει τὰ πρᾶγματα. Atque hinc factum est, ut Ausonius Poëta occasionis deę simulachrum ita depinxert. Primū ut rotæ insistet, propterea quod loco stare nequeat. Deinde idcirco alatum fingit, quod nisi prematur, cito aufugiat. Tertiò faciem illius ideo crinibus obuolutā, quod non ab omnibus cognosci uelit. Quartò eam ob rem in occipiti caluam esse, ne fugiens retineri possit, Quintò Pœnitentiam idcirco illi ueluti comitē adiunctam

iunctā, qđ pœnitudo, mœror, tristitia
eos maneat, qui occasione rei bene ge-
rēde amiserint. *Quod dies mali sint.*

Causam reddit, cur occasio salutis
nostre premēda sit, quod scilicet dies,
id est, status & cōdito huius seculi peri-
culosus, afflictus & calamitosus sit.

Multis enim machinis, & tormentis à
mundo, satana, et carne domestica ho-
ste nostra, cotidie impellimur. Nisi em̄
murū cordis nostri promissionibus ex
uerbo dei petitis, muniuerimus scutū
fidei iaculis opposuerimus, galeamq̄
salutis capiti imposuerimus, & gladiū
spiritus uibrauerimus, tantorū hostiū
impetus sustinere non possumus. An-
notabis aut̄ dies hēc synecdochicè ma-
los dici, qđ quidqđ ærūnosum, id etiā
malū sit. Qua forma loquēdi, & Chri-
stus Matt. 6, usus est, quū inquit: Suffi-
cit diei malitia sua.

Propterea

Propterea ne sitis imprudentes.

Quandoquidem, inquit, uobis cum uersutis, callidis, & dolosis hostibus res est, magna prudentia, & circumspectiōtia erit opus, ne de improviso ab illis opprimamini: tum autem prudentes, & circumspecti eritis, quū uolūtati diuinæ uestram subinde submittetis. Hoc enim uerè prudentis, hoc Christiani hominis officium est. Atque ita epilogum supra cœptū denuò urget, & concludit tandem, fallacibus impostoribus non esse auscultandum.

Et ne inebriemini uino.

Finita pargnesi de scortatione, auaritia, & stultiquio: aliam de ebrietate uitanda adgreditur. Neq̄ temere hoc à Paulo factum est, propterea quod ebrietas, scortationis, immundiciei, et stultiloquij fomes sit.

In

In quo est luxus.

Intemperantia & dictorum & factorum omnium, Germanicè, ein unmas in allen dingen. Atq; hoc est, qd Terentianns Chremes conqueritur, cum inquit: uicit uinum, quod bibi. Ac dum accubabā, quā uidebar mihi esse pulchrè sobrius: Postquam surrexi, neq; pes, neq; mens satis suum officium facit. Et quum tandem in Pythiam Thaidis ancillam incidisset, præ uini calore, quod uenas tumefecerat, libidine quoq; erga illam accēsus est: id quod ipse eidem ancillæ in hæc uerba confessus est. Verbū Herclè hoc uerū est. Sine Cerere, & libero friget Venus. Ab ebrietate itaq; populū tibi commissum dehortaturus, primū admonebis hoc uitium homine quouis, ne dicam Christiano, indignum esse. Deinde non minus corpori, quàm anime nocuum:

nocuum: id est, physicis rationibus, & exemplis cum ex sacris, tum prophanis autoribus, comprobato.

Sed impleamini spiritu.

Spiritus, inquit, sanct. musto impleamini, non uino: tum futurum est, ut non turpiloquium, petulantiam, & choreas prorupatis: sed in psalmodum, hymnorum, & canticorum spiritualium meditationem incidatis. Ceterum haec istarum uocum differentia apud Hebraeos est, ut *מזמור*, id est, Psalmus contionem deo dicatam *הלהלל* uero, hoc est, hymnus, eiusdem dei encomium, siue laudem, significet. Estque elegans obscenarum cogitationum, colloquiorum, & canticorum oppositio, quae ex temulentia nascuntur.

Ac psallentes in corde uestro domino.

Disertè dicit in corde uestro, ut in
sanas

fanas uociferationes excludat: & ut Christianorum conuiuia à Bacchanalibus Gentium discerneret. Nam quū hæc dithyrambis, turpibus saltationibus, & furiosis clamoribus plena esset: Paulus è contra uult illa pro infano strepitu, psalmis, & hymnis ita frequentari, ut cor potius, quàm os agitetur, & ut domino cœnatur, non ut mutua lasciuia, prouocemus. Hunc germanum istius loci sensum existimo, necputo hinc euinci posse, quod necesse sit psalmos in templo à tota conuentione decantari: quandoquidem heic de conuiuandi more, non conueniendi in templo, loquitur. Neque tamen in hoc sum, ut impium putem esse, si quæ ecclesiæ in cœtu publico psalmos canant, præsertim quum sciam Paulū primo Cor. decimoquarto de

de conuentu contionis loqui, quū ait, psallam spiritu, hoc est, uoce, uel pronuntiatione, psallam & mente. At necessariū esse arbitror obseruare, quid in una quacūq; ecclesia commodum, aut incommodum sit, item quid temporis successu ex cantādi etiam pio instituto oriri possit. Quod em̄ ad plerasq; Helueticas ecclesias attinet, à publico illo psallandi more ad eò alienæ sunt, ut in papatu cantionē de resurrectione Christi nunquam aptè, & distinctè cecinerint. Si quis igitur generalem psallēdi ritum in ecclesias nostras introducere uelit, cantores solario cōducendi erūt. Ex quo instituto quid aliud tandem oriturum esset, quā quod in papistica ecclesia ortum est: Nā cum pio nimirū zelo psalmi primitus decantarentur, in quantum ab usum tādē res peruenit, omnes nūc uidemus. Sed dices,
papisticorum

papisti-
corum cantiones nostris longè
dissimiles erant. Siquidem illæ in pere-
grina lingua decantabantur, nostræ ue-
ro nostrate nunc commodius & fru-
ctuosius fierent. Huc accedit, quod pa-
pistæ raro, aut nunquam psalmos suos
pro contione enarrant, nos uero eos
dem dexterrimè prius in nostram lin-
guam uersos explicamus, & in quem
usum canendi sint, admonemus. Ut
cūq; sit, per me unicuiq; licet, ut suo sen-
su abundet, mihi autem ecclesiæ Chri-
sti consultissimum uideretur, si quàm
minimum ceremoniarum haberet: ita
nanq; à uitiosa nostra natura compara-
tum est, ut rebus internis, & magis ne-
cessarijs neglectis, plus satis rebus exter-
nis, & friuolis tribuamus.

Gratias semper agētes de omnibus.

Suple & secundis, & aduersis. Hæc
discimus quod sit Christiani hominis

N officium

officium, nimirum ut læta, ac tristitia domino accepta ferat: ita ut in illis benignitatem, & beneficentiam dei agnoscat, & in gratiarum actionis opus erumpat, non solum si laetè, de quo hæc Paulus potissimum loquitur, à deo pascat: sed in omni rerum temporalium successu. In his uero beneuolam eiusdem dei manum exosculetur, & cogitet seu tenuem uictum, seu alias calamitates in hoc sibi immitti, ne rebus ex animi sententia fluentibus, in insolentiã, & dei contemptum incidat. Hinc est quod Paulus alibi in Corinthiis inquit: Dum castigamur à domino castigamur, ne cum hoc mundo condemnemur.

In nomine domini nostri.

Recte monet gratias deo patri per Christum filium agendas esse. Siquidem quum nos secundum uitiatam nostram naturam à illius inimici simus, nostræ gratiarum

rum actiones ei nigratissimæ forent, nisi prætento filij nomine acceptas faceremus. Quod autem Deus pater nos per filij sui nomen seu aliquid petentes siue gratias agentes exauditurus sit, & uoti compotes redditurus, ipse hac uoce cœlitus demissa ostendit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacitum est. Idem docet Christus quū ait: Quidquid petieritis à patre nomine meo dabit uobis. Hec igitur admonere poteris in omnibus seu precationibus, seu gratiarum actionibus, nullius sancti meritum, aut gratiam prætendam esse, præterquam unius Christi Iesu, qui solus dei, & hominum conciliator est, ut idem Paulus ad Timotheum scribit.

Deo & patri.

Et, hec rursus non copulatiua coniunctio, sed expositiua est. Quasi diceret;

N 2 ret;

ret: Deo gratias agite, qui non solum conditor omnium rerum, & summum bonum est, sed etiam patrem ihs agere uult, qui à paterna ipsius uoluntate, & bonitate pendent.

Subditi uicissim alius alij.

Idest, ut idem Rhomanorum duodecimo docet, ad mutuuum amorem propensi sitis ita, ut alius alium honorando preueniat. Redit enim nunc ad generalem parænesim, quam à capitis istius principio inchoauerat, cum inquit: Et ambuletis in dilectione quem admodum & Christus dilexit uos. Porro quod addit cum timore dei, non temere factum est. Christianos nanq; docet, ut alius alii morem ita gerat, & obsequatur, ne obsequium à timore Dei, hoc est cultu, & religione ipsorum, alienum sit.

Vxores

Vxores proprijs uiris subditæ suis:

Per distributionem Rhetoricam à generali morum parænesi ad specialē transit, docens, quanta dilectio, & animi submissio omnem statum, sexum, & ætatem deceat. Magnam uerò emphasisim habet, quod dicit, proprijs maritis: per hoc enim illud obsequium excludit, quod scortum scortatori, & ad altera adultero præstat.

Quoniam uir est caput uxori:

Confirmatio est, quare uxorē deceat marito tanquam domino suo parere, quia, inquit, uir caput est uxoris, id est, princeps, nutritius, tutor, ac seruator: id quod ipse Paulus mox apposita comparatione ostendit, quum ait, maritum eo modo coniugis suę caput, & patronum esse, quo Christus ecclesię suę, qui salutem toti corpori suo dat, dū ex saluberrimo capitis sui influxu,

N ꝑ hoc

hoc est, sapientia, & prudentia spiritus sui omnia membra uegetat, & conseruat. Heic per occasionem admonebis, Christiani mariti officium erga uxore esse, ut ei in omnibus honestis rebus patrocinetur, & de omnibus necessarijs prospiciat: neue illa tanquam libidinis mancipio abutatur.

Itaq; quemadmodū ecclesia subdita est Christo.

Adaptat comparisonem ad institutum suum. Quasi diceret: Quemadmodum ecclesia Christum sponsum caput, & principem suum ueneratur, suspicit, illi unice adhæret, fidit, & tota ab illo pendet: talis quoque reuerentia, amor, & fides uxorem decet erga maritum suum. Circa hunc locum quid de inobedientibus, contumacibus, rixosis, & perfidis uxoribus dici possit, quisq; facile coniecerit.

In

In omnibus, intellige piis, & honestis rebus. Si enim his diuersa, & cōtraria maritus præceperit, illud Petri Actorum quinto ab uxore obiici potest. Deo oportet plus obedire, quàm hominibus.

viri diligite uxores.

Eadem similitudine de Christo, maritos quoq; adhortatur, ut meminerint se eo modo uxorū principes esse, quomodo Christus ecclesiæ, uidelicet ut eas diligant, non tyrannidem in illas exerceant. Quàm ardenti autem amore Christus ecclesiam suam sponsam charissimam prosecutus sit, ipse ostendit quum mox subiungit.

Et semetipsum exposuit pro ea.

Id est, mortem turpissimam obire non detrectauit, & hoc ideo.

ut illam sanctificaret.

Id est, in sanctū & mundū usum separaret, & ordinarēt. Pulchra autem allu

N 4 lio

sio est ad magnorum principū morē, qui si quando humili, & obscuro loco natam puellam in uxorē ducturi sunt, prius eam ab omnibus sordibus abluunt, auro, & gēmis ornant, deniq; moribus nobilitate dignis imbuunt, ne principis mariti thoro ullam maculam aut ignominie notam aspergat.

Mundatam lauacro aque per uerbum.

Explicat, quomodo Christus ecclesiam suam sanctificauerit. Quod autem lauacro aque mundatam esse ait, bifariam intelligi potest. Primū ut per aque lauacrum externus baptismus, quo externæ Christi ecclesiæ initiamur, ideo significetur, quod mox addit, per uerbum. Bis nanq; idem dixisse alioquin uideri posset, si per aquæ lauacrū, Christi, hoc est, spiritus sancti, & internū baptismū interpretareris. Quem sensum si sequaris, idē erit cum eo, quod Christus

stus

stus Marci ultimo dixit: Qui credide-
 rit, & baptisatus fuerit, saluus erit. De-
 inde si cui placet, per aquæ lauacrum,
 internum baptismum intelligere, tum
 particule illæ, per uerbum, appositiuè,
 & expositiuè additæ sunt, ut scilicet de-
 clarent, quomodo ecclesia per aquam
 mundata sit, quippe dum uerbo euan-
 gelico crediderūt, quo ihs omnibus sa-
 lus promittitur, qui summa fiducia in
 Christū credūt, qui se purā, et mūdā
 hostiā pro nobis impuris, & immū-
 dis, purificandis & mundandis in ara
 crucis, patri suo obtulit. Et tum idem
 hoc loci Paulus uellet, quod Christus
 Ioannis tertio cum ad Nicodemū in-
 quit: Amen dico tibi, nisi quis natus
 fuerit ex aqua & spiritu, non potest re-
 gni dei capax esse. Item Ioannis deci-
 mo quinto: Iam mūdi estis propter ser-
 monem quem audistis. Ex his duobus

N 5 sensibus

sensibus utrum quisq; malit, sequatur
mihi autem prior idcirco magis arri-
det, quod in ecclesia Christi hæc duo
potissimum exerceantur, ac uigeant,
uerbum uidelicet dei, & sacramenta.
Neq; uero quum per aquæ lauacrum
externum baptismum intelligi uolo,
in hoc sum, ut putem per eum aliquid
gratiæ nobis infundi, ut papistę, & qui-
dam euangelistę somniāt, sed ut dixi,
solūmodo pro initiali, & sacro sanctis-
sime Christianorū simbolo cōtionis il-
lū accipio. Solus nnaq; spiritus est, q nos
innouat, & uiuificat, nec ulla creatura
aut opus externū hoc prestare potest.
Etenim si iuxta eiusdem Pauli sententi-
am in Galat. cap. 5. Circūcisio in Chri-
sto Iesu nihil ualet, nimirū nec cuiquā
prodest, aqua duntaxat tinctum, & ec-
clesię inauguratum esse, nisi fidem per
dilectionem operantem (quā certe a
quæ

que pfusio non prestat, alioqn nanq; omnes baptisati fideles essent) habeat.

Ecclesiam non habentem maculam.

Ex istis circūstantijs patet, Paulum heic non de externa ecclesia loqui, in qua boni, & mali usq; ad finem mundi erunt, ut Christus duabus similitudinibus de tritico zizanijs obsepto, & uericulo bonis, & malis piscibus impleto ostendit: sed de interna, quæ nullius præterquam Christi pastoris sui uocē audit, ut Christus ipse Ioan. 10. docet, & quæ soli deo cognita est. Porrò quod Paulus ecclesiam hanc immaculatam nullis neq; rugis, neq; næuis aspersam appellat, nō ideo sequit̄, re uera pios, & fideles nō peccare (ut imperiti Ana baptiste ganniūt) Tum em̄ Ioānes falso scripsisset, cū inqt: Si dixerimus nos peccatū nō habere, mēt̄imur, & ueritas in nobis nō est. Quod autem idem
Ioannes

Ioannes ait: Qui ex deo est, nō peccat, & Paulus hec ecclesiam Christi irreprehensibile esse docet: hinc fit, quod tamen si pijs, & fideles peccatores sint, & indies delinquant, tamen sanctificator illorum, & sponsus Christus Iesus, delicta illis propter uestem nuptialem (hoc est, fidem, & charitatem in ipsum, & proximos ipsorum,) nō imputat. Atque hoc est, quod idem Paulus Romanorum octavo scribit: Nulla est condemnatio his, qui sunt in Christo Iesu. Sed diligenter observa, quā disertè isthic à Paulo addatur.

Qui nō iuxta carnē uersantur, sed iuxta spiritū.

Quasi diceret, peccata ijs Christianis non imputantur, qui omnibus modis, & conatibus operam dant, ne spiritus, qui in ipsis regnat, à carne, id est, carnalibus concupiscentijs, opprimat.

Sic

Sic debent uiri diligere uxores suas.

Nunc demum post longum hyperbaton interiectum, accomodat comparisonem ad institutū suum. Quasi diceret: Sic inquam debent uiri uxores suas diligere, ut Christus ecclesiā sponfam suam. Quemadmodum enim is quum caput illius sit, dum illam amat, semetipsum quoq; amplectitur, utpote sua ipsius membra: sic & mariti quū coniugum suarum caput sint, meminerint in se diligendis illis, sua ipsorū membra diligere. Estq; hoc uehemēs epichirema, quo ad coniugis amorem quemlibet maritum adhortatur, quū inquit.

Vt sua ipsorum corpora. Qui diligit suā uxore se ipsum diligit. Nullus enim unquam.

Confirmatio est per locum à cōtrario, & simili, tametsi similitudinis nota iuxta Hebraicam loquendi formam
omissa

omissa sit: Quasi diceret: Quemadmodum enim nemo, etiamsi coniugij expers fuerit, unquā tantū ab humanitate, & ab omnibus gratijs alienus fuit, quin suum corpus quantūuis etiā turpe, ac distortū sit, amauerit, nutrierit, & fouerit, sicut & Christus ecclesiam: Sic nec conuenit, ut maritus uxorē suam (cum qua unus homo fit) quantūlibet deformem, ægrotā, & morosam contemnat: quin potius decet, ut illam non secus amet, ut se ipsum. Nam quum illam amanter complectitur, alit, ac fouet, non nisi in alteram carnis suæ partē, humanus & beneficus est.

Quoniam membra sumus corporis eiusdem, ex carne eius, & ex ossibus eius.

Hanc totam pericopam parēthesi includendā censeo. Nam quū Paulus adhuc in argumento à Christi exēplo sumpto

sumpto perstet, ac moneat, ut mariti uxores suas perinde ut semetipsos diligāt, ut Christus ecclesiā, id est, corpus suum diligit: cōmode nunc per parenthesis interserit, cur ecclesia Christi corpus sit, quod scilicet omnes, qui in ipsum credāt, mēbra corporis Christi, ex carne eius, & ex ossibus eius sint, αὐτοῦ Græce legitur, ut non nisi ad dñm referri possit. Ex qua similitudine uterq; cōiunx sui officij admonet, q̄ppe ut uxor ecclesie Christi exemplo uiro suo in omnibus licitis morē gerat, eumq; uereat. Ecōtra ut Christi ecclesie principis exemplum imitetur, ut quemadmodū is ecclesiā, corpus suū amanter cōplectitur, alit, ac fouet: sic et maritus erga coniugem, carnē suā, affectus sit.

Huius rei gratia.

Nunc demū similitudinē seu imperfectā inductionē, adaptat ad institutū suum

suum, & ad hunc modū colligit. Quā
 doquidem nullus cœlebs tam inhumana
 nus est, ut suam ipsius carnem odio ha
 beat, & iuxta dei sentētiā Geneseos
 secundo capite ex utroq; cōiuge unus
 homo fiat: par igitur est, ut quēadmo
 dum quisq; extra matrimonium suam
 carnem diligit, sic & maritus uxorem
 suam, alteram sui partem diligat, ac de
 omnibus rebus necessarijs pro uiribus
 suis, eidem prospiciat. Porrò ne quis
 miretur, quo pacto ex duobus coniu
 gibus unus homo cōfletur, scias talem
 tropum esse, qualē Pythagoras quoq;
 usus est, quū dixit ex pluribus amicis
 unū fieri. De quo uide Ciceronem li
 bro officiorū ubi de gradibus societa
 tis humanæ disserit. Et Erasmi secun
 dum prouerbiū. Amicitia æqualitas.
 Amicus alter ipse. Hinc igitur docen
 dum puto, tribus nominibus coniugij
 sanctitatem,

sanctitatem, & amorem conjugalem nobis à deo commēdari. Primū quod ipse matrimonium primitus instituit, & filius eius Iesus Christus id sua præsēntia in nuptijs Canæ Galileæ, decora uerit. Deinde quum ex eiusdem præcepto progenitoribus nostris nihil nō debeamus, tamē uxores magis sectandas & iuuandas esse Gen. 2. præcipiat. Postremo quod per matrimonii uinculū, consensum, & concordiam, ex duobus *ἐκ τῶν δύο*, id est, alter idem, & unus homo fiat.

Mysterium hoc magnum est.

Per amplificationē à circumstantiis amorem conjugalem Ephesiis etiam atq; etiam commendat: Quasi diceret: Dum uir uxori coniungitur, præterquam quod ex duobus unus fit homo, coniugium illud maximum quoddam arcanum præ se fert. Quemadmodum

ΕΙΣΙΝ Ο

nanq;

nanq; maritus indissolubili uinculo amoris, uxori astringit, ad eo ut & secunda & aduersa omnia communia habeant: Sic & Christus ecclesiae sponsae suae copulatus est, dum illius poenā pro peccatis meritam, in sua carne dependit, & dum ipse unicus, & naturalis heres patris sui, nos eterni gaudii cohæredes facit. Cæterum quo pacto eorum argumenta diluenda sint, qui ex hoc loco sacramentū matrimonium esse euincere conatur, uide Zuinglii præceptoris nostri minime poenitendi libellum de uera & falsa religione.

Quamquam & uos.

Correctio rhetorica est: quasi diceret non solum hoc mysterium in conubio obseruandum est, sed, ut ad institutum reuertar, & concludam, ut uos quoque singuli singulas uxores uestras non secus diligatis, ut uosmetipsos. E

- contra

contra ut uxor discat maritum tanquā
caput, principem, & patronum suum
reuereri. Est enim epilogus particula
ris loci de amore coniugali.

CAPVT VI.

Perstat in eadem distributione pare
ne seos supra cap. 5. cœptę, cum in
quit: Subditi uicissim alius alii &c. Ete
nim speciatim docere pergit, quod sit
officium liberorum erga parentes, &
horum in filios. Quod seruorum in he
ros, & uicissim quod illorū in seruos.
Deniq; ut summatim omnia comple
ctar, quod sit officium subditi erga ma
gistratum, & econtra.

Filij obedite parētibus.

Paulus nomine parentū non solum
progenitores nostros accipit, uerume
tiam tutores, pēdagogos, p̄ceptores
& seniores quosq;. Quod autem addit
in domino, innuit non nisi in iustis, &

O 2 equis

æquis rebus, maioribus natuarendū esse. Hæc locum communem de educatione puerorum tractabis, & quanta modestia, ac reuerentia erga seniores uti debeant, ab obedientia filiorum loquar. Nadab Hieremig 35. docebis.

Honora patrem & matrem.

Confirmatio est, quamuis causalis coniunctio, nam, omissa sit: Probat enim nunc cur iustum ac gratum sit in conspectu dei, ut filij parentibus obediant, nimirum quod ipse præceperit, ut filij parentes honorent. Per quod sanè uerbum deus non hoc tantum requirit à filiis, ut erga parentes caput aperiant, genu flectant, dominum ac dominam appellent: sed ut egenis illis ac ægrotis succurrant, consolentur, & suppetias ferant. Id quod ex 5. cap. prioris epistolæ ad Timotheum de duplici honore honorandis presbyteris, facile intelligi potest.

Vt

Vt bene sit tibi.

Quum ita à deprauata natura comparatum sit, ut utile honesto anteponamus, idcirco deus nostro captui & modulo se accommodans, duplici cōmodo filios ad parentum amorem pellicit: futurum uidelicet esse, ut omnium rerū copia abundant, & longevi fiant, si digno honore parenteis prosequantur. Quę autem mala dominus preceptorum suorum uiolatoribus è contra minitetur, uide Leuit. uicesimo sexto. Deniq; quo supplicio immorigera & contumacem filium idem dominus affici iusserit, uide Deut. 21. & 1. Samuelis 2. de pœna filiorum Heli.

Patres ne prouocetis ad iram.

Miosim seu hystero proteron heic esse puto, mitius nanq; & mollius uerbum pro atrociori positum est. Paulus nanq;, ut ex sequentibus etiam, ubi

O 3 inquit

inquit, sed educetis, colligitur, immanem & tyrannicam quorundam parentum seuitiam, in castigandis liberis damnat. Quod cum fit, liberi prorsus ab eis alienantur obstinati, & peruicaces adeo redduntur, ut illorum monita nihil amplius curēt. Quibus parentibus illud Horatianum inculcandum est:

Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines:

Quos ultra, citraq; nequit cōstere rectū. Item.

Virtus est medium uitiorum & u'ring; reductū.

Sed educetis eos per.

Ex hac antithesi, ut supra commo-
nui, patet, superiorem sensum, quem
adduximus, natiuum esse. Quasi dice-
ret non in hoc sum, ut putē liberos non
esse castigādos, imò uelim ut eos in bo-
nis artibus, & moribus in domino ita
educetis, ut si quid per imprudentiā,
aut malitiā peccauerint, illos nunc blā-
de, nunc seueriter sic corripiatis, & ca-
stige

stigetis, ut uos id paterno affectu & zelo domini facere sentiant, nō ex animi commotione, & truculentia.

Serui obedite ijs, qui domini sunt iuxta carnē.

Id est, carnalibus, seu temporalibus dominis, quos spiritali, & eterno domino deo opponit, qui omnibus creaturis dominatur. Ceterum quamuis Paulus heic propriè de heris, Germanicè halsherren, & de mancipijs Germanicè eigen lutte, loquatur: tum idē quoq; nobis præceptum putemus, qui non seruitutem seruimus, sed operam nostram alicui rustico, aut cui merce de addicimus, aut etiam in Democratici magistratus uerba iuramus. Heic nacta occasione demonstrandum est, qua ratione homo omnium creaturarum dominus, à deo conditus in seruitutem agi cœptus sit: nempe per peccatum, id quod Chamo filio Noë con-

O 4 tigit.

tigit. In seruitutem & ij agebantur, qui propter uitę intemperantiam ob grati uenundabatur, ut creditori satisfaceret. Cuius rei uestigium habes Exodi uice simoprino ubi Moses præcepta tradit de emendis Hebręis seruis. Postremā seruitutis rationem bellorum calamitati debemus, in quibus superati, & capti sub corona uendebantur, unde & serui *ετυμοι* à seruando sumptū est, quod scilicet finito prelio non occideretur, sed in uita conseruarentur. De quo lege copiosus Augustinū libro decimono no de ciuitate dei cap. 15.

Cum timore ac tremore.

Id est, magna cum sollicitudine, ac cura, tantū enim hæc duo uerba *יִרְאָה* & *יִשְׁתַּחֲוֶה* apud Hebræos per hystoron proteron significant. Nisi tu malis ista spontaneę filiorum obedientię opponi, mancipia enim plerāq; non nisi premij

premiij spe, & metu poene dominis suis obediunt, quum filij frugi e diuerso de paterna hereditate nihil dubitantes, solam patris uoluntatem, & nutu obseruent, ac operantur, ne delinquant. Circa hunc locum admonendum puto, Paulu ideo tam solite hac de seruorum erga dominos obseruantia inculcare, quod quidem Christianitum essent (quemadmodum & nunc apud nos) qui carnis libertatem ex Euangelio uenarentur, quum illud conscientie, & spiritus libertatem, nobis per Christum partæ duntaxat ostendat.

Cum simplicitate.

Id est, integre & candidè, absq; omni dolo, & fraude, germanicè uffrecht und redlich und one allen trug. Tantū Hebraica uox פשוט id est, simplicitas potest. Heic quid per contrarium de fraudelentis, dolosis, mendacibus, &

O 5 furacibus

furacibus seruis, & ancillis, doceri possit, cuiq; facile obuium est.

Tanquam Christo.

Hinc colligere potes uerū esse, qđ supra admonuimus, quosdā uidelicet apud Ephesios fuisse, qui indignū putarent, ut homo Christianus, & pius, Ethnico, & impio hero pareret. Huc itaq; respiciens Paulus, inquit, imò dū carnali tuo domino in rebus honestis obsecundas, & seruitutem feliciter seruis, Christo omniū dño places, & obedis, illi em̄ sic ab eterno uisum est, ut tu seruum, ille dñm carnalem agat.

Non ad oculum seruientes.

Amplificatio est à cōtrario, οφθαλμοδουλείαν nanq; germanicè ougēdiēst, cordis simplicitati per antithesim opponit. Heic taxandi sunt οφθαλμοδουλοι germanicè ougēdiēner, qui dño presente in operādo festināt, absente uerò cessant,

cessant, & sub arbore aliqua dormiūt. Itē Gnathones, & parasitastri, qui dominos in presentia laudāt, ac omnia illorū dicta approbant: in absentia uerò obloquūtur, & obtrectāt. Cuius rei elegantissimū exemplū uide in Terētij Eunucho Act. 3. Scena 1. & Act. 5. scena ultima sub ipsum finē. Tota em̄ comœdia nihil aliud est, q̄ humanæ uitæ spe-

sed tanquam serui Christi. (culum.

Vox Christi hēc non caret emphasi, quasi diceret, ideo nolite ad oculum seruire, quod tamen si carnaleis uestros dominos fallere potestis, tum Christū æternum uestrum dominū nō falleris, quippe quem prorsus nihil latet.

Facientes quæ uult d. us.

Consolat, & adhortat seruos ut sortē suā equo animo ferāt, p̄pterea qđ illa non temerè, ac fortuito illis euenerit: sed à deo oīm rerū gubernatore sic iā olim

olim præscita, & ordinata sit. Quod si omnes adflicti & contemptę sortis homines consyderarent, multò patiētius dei manum, & uoluntatem ferrent.

Illud scientes, quod unusquisq; quod fecerit.

Hactenus à bona domini dei uoluntate seruos adhortatus est, ut fidi in officio erga suos dominos sint; nunc à cōmodo idē facit, idq; per anthypophoram. Quasi diceret, ut maximè hec duos, & difficeles dominos habeatis, aded ut fidelis uestrę operę nullam rationem in remunerando habeāt: tum non frustra fidem illis in parendo præstabit. Nam quum nullus personarū respectus apud dominū deum sit, idē præmium seruus pro opera sua benè, et charitate nauata, in extremo iudicio reportabit, quod liber. Neq; uero est, quod quisquam ex hoc loco operum iusticiam confirmare uelit. Nam quum

fides

fides, spes, & charitas non nostrarum uirium sint, sed gratuita dei dona, nemo sibi quidquā boni arrogare, & per consequens, nec iactare se uitam æternam promereri, potest. Quod autem Paulus modo fidei, modo illius fructibus, iustificandi uim tribuit, hinc fit: quod prædictæ tres uirtutes ad eò inter se cognatæ sint, ut alia, pro alia nonnunquā ponatur. De quo uide 1. Cor. 13.

Et uos domini eadem facite.

Per antithesim nunc docet dominos eandē equitatem erga seruos suos tenere, quā à seruis modo exegerat.

Remittentes minas.

Per minas, iram, imprecationes, & insultationem inimicium dominorum intelligo, id quod κατὰ μείωσιν, hoc est, ut mitius uerbū pro atrociori sit positū. Siquidē Paulus heic inhumanitatem, & truculentiam quorūdam herorum reprehendit

reprehendit, quæ & nostro seculo in quibusdam cētauris Germanicè hag iückeren, hoc est, ignobilibus nobilibus cernitur, qui nonnunquã territãdi causa, misera sua m̄cipia ita appellat: Tu 'ne mihi per omnia parere detrectas: quem scis tantam in te potestatem habere, ut si frigore afficiar, liceat mihi uentrem tuum disseccare, & manus in omnis seu intestinis tuis calefacere. Proinde admonebis Christianos heros decere, ut aut iuxta dominilegem Exodi uicesimo primo seruos fratres suos manu mittant: Aut si id uel nequeant, uel alioqui nolint, ut saltem humanius, & mitius eos tractent, quam ante Euangelij cognitionem fecerint.

scientes quod & uester ipforum dominus.

Ad legem naturæ omnium mentibus insculptã dominos reuocat. Quasi diceret: Si naturale ius apud uos reuolueritis.

ueritis. Quod tibi, inquit, non uis fieri, alteri ne feceris, tum futurum erit, ut humaniter seruos uestros tractetis. Quemadmodū eī nemo uestrū est, quin cupiat se dominum cœlestem benignum & propitium in extremo iudicio habere. Sic & nos hēc eādē benignitatem, & placabilitatē seruis uestris exhibere decet. Hac de re consule Senecam in epistola 47.

Nec personæ respectus est apud illum.

Non est, inquit Paulus, quod existimes te propter generis tui claritatem, & diuitias, seueri iudicis Christi condemnationem effugiturum esse, imò hoc tibi potius persuade personarum respectum hēc duntaxat à prauis iudicibus haberi, at Christo iudice nihil tale euenturum. Nam quum deus, & homo sit, a deoq; omnium quæ
ubiq;

ubiq; sunt, dominus, & nobilitas, & opulencia tua, iam antea ipsius est, utpote qui eas tibi non in hoc dedit, ut proximum per tyrānidem opprimas, sed ut per illa dona ei succurras.

Quod superest fratres mei.

Absolutis specialibus parænesibus, ad generaleis reuertitur: ac per epilogum uniuersalē ἁπλοῦς, hoc est, mitibus affectibus, Ephesios ad cōstantiam, & perseverantiam in grauissimis tentationibus, & pugnis (quæ ipsis à diabolo & illius membris imminebant) adhortatur: & ut ad tam anceps prælium eo paratiores sint, quo genere armorum illius insultus reprimi queat, eleganti hypotyposi ob oculos ponit.

Sitis fortes per dominum.

Id est, non uestris uiribus, & præsidijs, sed domini robore, fortitudine, & propugnaculo confidite. Videtur enim

enim

Enim Paulus ad illud dictum Christi al-
 ludere: Sine me nihil potestis facere. I-
 tem confidite in me, ego nanq; mundū
 uici. Annotabis autem solam confiden-
 tiam in homines, a deo q; omneis crea-
 turas, à Paulo heic damnari non consi-
 lium & industriam humanam: quibus
 medijs & pij ad dei gloriam, & proximi
 commodum promouendum, utun-
 tur 2. nanq; Samuelis 15. & 16. legimus
 Daudem hominem dei in maxima ca-
 lamitate sua consilio humano usum es-
 se, dum Chusai domum remisit ad ex-
 ploranda consilia Absalonis & Archi-
 tophelis technas dissipandas. Sic & De-
 us ipse Iosephum putatiuum Christi pa-
 trem in somnis admonuit, ut humana
 industria, & medio, infantulum Chri-
 stum à tyranni manibus eriperet, dum
 illum in Aegyptum deportari iussit.

P Induite

Induite totam armaturam dei.

Paulus instar periti, & fidei imperatoris, milites Christi ad ancipitem pugnam instruit. Quemadmodum namque carnalium militum imperator, suos a futuris periculis præmonet, hostiū genus, & ingenium describit, ac ubi vires ac solertiam illorum ostenderit, iubet eos omni telorum, missilium, & munitorum genere instructos, hostium insultus expectare: Sic & Paulus quoniam hæreditarij nostri hostis, mille artificis insidias nosset, ideo tanquã dux veri imperatoris Christi, milites domini uniuersa spiritus sancti armatura indutos in procinctu stare præcipit, ut quibuscunq; modis inimicus ipsos adoriatur, ictum excipere, & referire possint.

Aduersus insidias diaboli.

Sic Græcus ad uerbum habet, & uetus interpres uertit: quem in hoc loco
eam

eam ob causam maluimus sequi, quod ad sensum Pauli exprimendum uox insidiae significantior uideatur quā assultus. Neq; enim omnis qui assultat, insidiatur. Hebraismus autem heic esse uidetur, insidias diaboli, id est, dolosum & insidiosum diabolum, qui praelium non aperto Marte, nec iusta acie committit: sed latrocinantium more inermes adgreditur, extremum agmen carpit: & in summa per insidias, ac cuniculos omnia agit. Quomodo Hannibalē & Philippum Macedonem magna ex parte belligeratū esse historici tradūt.

Quoniam non est nobis lucta aduersus.

Confirmatio est, in qua ostendit, cum quo hostium genere, quā solerti & uersuto, nempe cum spiritibus malis, nobis pugnandum sit. Quod autem dicit aduersus sanguinem & carnem, geminū sensum ferre potest: Vel

P 2 UE

ut per illa carnaleis concupiscentias intelligat, quibus cum nobis perpetuo certandum est donec heic sumus, quæ admodum uidere est Rom. 7. & Gal. 5. Vel ut per sanguinem & carnem synecdochicè homines carnali imbecillitate ex equo uobiscum peditos innuat, germanicè, die do ebē als lind buch habind, als uuir.

Sed aduersus principatus.

Quum in fine istius confirmationis addat Paulus, aduersus spiritualeis astutias in cœlestibus: ipse semet satis declarat, quod per principatus, potestates, & rectores tenebrarū, nil nisi spiritus malos intelligat, quos supra cap. 2. a. pertius dixit in aëre uersari, & efficaces esse in filijs contumacibus, id est, incredulis. Vnde patet & eum heic per spiritus astutos in cœlestibus, omneis impios magistratus, & pseudopphetas intelli

intelligere: qui ex illorum suggestione uerbum dei, eiusq; studiosos persequuntur, & ueritatem deprauant, ita ut sit metonymia preses diabolus acceptus pro ijs, quibus praest, quippe diabolicis, & tyrannis. Circa hunc locum duo admoneri possunt. Primò nihil mirum esse, quod pleriq; fermè optimates, principes, & reges nostro seculo ueritatem impugnent. Sic em̄ fore, uidemus Paulum multò ante predixisse, quemadmodum & Christus fecit, ut scilicet de imminentibus periculis admoniti, quum illa euenerint, eo minus terreamur. Deinde papisticam illam superstitionem, in pulsandis campanis contra tempestatis uim, excogitatam esse, quod ex hoc & alijs similibus locis collegerant, daemones tantam in aëre potestatem habere, ut grandinem & alia dira facere possint. Ad confutandum hoc anile delira

P 3 men

mentum, hunc locum supra 2. cap. obijcies, diabolum uidelicet, nō nisi in impijs efficacem esse, & tyrannidem in eos exercere, unde & Christus eum mundi principem appellat, in piorū autem neq; corpus, neq; animas seuiendi potestatem habere, nisi quantum dominus permittit, & illis ad salutis uia confert. Id quod uel ex Iobi exemplo satis clarū est, quem Satan non nisi ex dei permisso afflixit.

Quapropter assumite uniuersam.

Ostensa hostium astutia, ad armandos suos redit, & à causa finali ostendit in quem usum nos bene armatos uelit, uidelicet ut in die malo, id est, in persecutionibus non succumbamus, sed superiores in pugna euadere possimus. Pulchrè autem ad militum carnalium consuetudinē alludit, quum ait, omnibus peractis. Quasi diceret: Quemadmodum

modum miles carnalis cum strenuo & solerti hoste congressurus, nihil inter- mittit in se instruendo, quod ad sui de- fensionem attinet, sic & uos omni gene- re armorum munite, ne quam uestri partem nudam hostes uersutissimi im- petant.

State igitur lumbis circumcinctis.

Quum supra uniuersam armaturā induere præcepisset, nunc per distribu- tionē species eius enumerat: & omnia, quibus milites carnales cum hostibus pugnaturi, induunt, allegorice ad Chri- sti milites transfert, & eorum mystica arma describit. Nam uice balthei, quo milites lumbos cingebant, ut eò habi- liores ad pugnandum essent, nos ueri- tate cingi uult. Quemadmodum enim corpus discinctum inexpeditum est ad pugnam, & uulnus facile accipit: sic ni- si animus noster sit uerus, hoc est, inte-

ger, & syncerus erga domini negociū, diaboli insultus sustinere nō potest. Proinde Cicero, licet homo ethnicus fuerit, non temere fidem, id est, dictorum, conuentorumq; constantiam, & ueritatem, iusticię fundamentum esse dixit. Nisi enim hoc probè iactum sit cæterę uirtutes, quę superstruuntur, corruūt omnes. Hinc nanq; fit, ut ubiq; fermè terrarum mendaces, leues, & inconstātes homines pro nihilo habeantur, etiam si multis alijs egregijs uirtutibus polleant. Nihil autē uetat, quo minus per ueritatem, & iusticiam heic allegoricè Christum intelligas, qui uia, ueritas, & uita nostra est.

Ad euangelium pacis.

Paulus ad ueterum armaturam pulchrè alludit, dū Ephesios calciari uult. Quemadmodū nanq; illi pedes ocreis, ut ex Homero liquet, qui Achiuos
 subin

subinde ἐὺκνήμιδας, id est, bene ocreatos appellat, muniebant, ne illis uulneratis statim conciderent: sic & Paulus heic præcipit, ut pedes nostros internos, hoc est, affectus sic moderemur, & cōscientiā ita muniamus, ut in omnibus tentationibus, & diaboli insultibus firma & immobilis sit, tanquam Marpesia cautes. Atq; hanc Pauli mentem esse, ex ipsius uerbis elici potest. Siquidē cum inquit, ut parati sitis ad Euang. pacis, ipse se declarat, quid scilicet per pedum calceationem innuat: nimirū ut in omnibus afflictionibus, de diuinis promissionibus, & bona erga ipsos uoluntate nihil hæsitent, adeoq; trāquilam, & pacatam conscientiam habeant. Hinc duo admonēda esse arbitror. Primum quod Euangelium pias duntaxat conscientias pacet, adeo, ut ipsis cum deo optimè, & quantum ad ipsas

P 5 adinet

adinet, cū omnibus hominibus bene
 cōueniat: Impijs uerò discordiæ mate-
 riā suppeditare, dū ea docet, quæ adfe-
 ctibus illorū aduersant. Qd̄ uerū esse
 hinc p̄bari potest, quod Christus suis
 hæc prædixerit, cū inqt: In me pacē, in
 mūdo autē afflictioēs habebitis. Et ne
 putetis, qd̄ uenerim ad mittendū pa-
 cē, sed gladiū. Deinde ex hoc toto lo-
 co de spirituali armatura euinci nō pos-
 se, qd̄ Christianis nō liceat belligerari.
 Etenim quū Anabaptistæ improbare
 nō possint ullis scripturis, quin Christi-
 anus magistratū gerere possit, & ma-
 gistratus officiū sit, iniuriā à subditis su-
 is ppulsare: per cōsequens sequit̄, bel-
 lum à magistratu Christiano, iusta de
 causa indictū, à Paulo non improbari.
 Hæc igit̄ arma spiritualia unumquēq̄
 Christianū siue priuatū, siue magistra-
 tū, seorsim decent: at si magistratus ui-
 deat

deat religionem Christianam, iusticiam, & æquitatem omnem ab Euangelij hostibus impeti, & pessundari, iam ex officio ei à deo commisso nihil munitionum omittendū est, quod ad conseruandā pietatem faciat. Quod si tum suos uno, atq; altero lictore ab iniuria defendere nequit: nihil prohibet, quo minus aliquot legionibus hosti se opponat. Eo modo fit, ut & milites sic (ut dixi) à magistratu electi, nihil peccent, etiamsi carnalibus armis in acie depugnent, imò nisi in iusto bello ex magistratus iussu arma capiant, iuxta Pauli sententiā ordinationi diuine resistunt.

Assumpto scuto fidei.

Frustrà quis baltheum ueritatis, Euangelium tanquā ocreas, & thoracē iusticię induerit: nisi fiduciā in deū, & eius pmissa, tāquam cōbustibilem, & impene-

impenetrabilem clypeum sagittis diaboli ignitis obiecerit. Habenti nanq; (ut inquit Christus) fidem sicut granū synapeos, nihil impossibile erit. Hęc fidei uim & efficaciam tractabis, de cuius encomio uide II. caput epistolę ad Hebręos.

Galeamq; salutarem accipite, & gladium spiritus.

Paulus galeam & gladium ideo uerbo dei cōparat, quod quemadmodū nullus inter prouidos milites est, qui non saltem de capitis munimento, & egregia spatha sibi p̄spiciat. Vulnus enim in capitis tempore lethiferū est: et quum in conflictu hasta facillē spathis amputari possit, nisi egregio gladio ac cinctus fuerit, mox confodiet: Sic nec ullus Christianus est, quin non per uerbum dei (cui ad salutem consequendam credit) seruetur, mūdīq; carnis, & diaboli ictus sustinere, & repellere possit.

Viuus.

Viuus em̄ est (ut inquit Paulus ad Hebræos quarto) sermo dei, & efficax, & penetratior quouis gladio utrinq; incidente &c. Circa hunc locū doceri potest, duplicem uerbi dei usum esse. Primò ut spiritus sancto cooperante ij per illud seruentur, qui illi credunt, quem admodum de tribus hominū millibus Actorum secūdo legimus, qui sermonem Petri libenter acceperunt. Deinde ut illo tanquam galea, & gladio acutissimo muniti, satanæ & omnū pseudoprophetarum insultus eludere, & retundere possint.

In omni deprecatione, & oratione.

Hec discimus ita orandū esse Christianis, ut mens, seu spiritus noster uerborum prolationem præcurrat, non lingua mentem. Deniq; pro omnibus sanctis, hoc est, credentibus, interpellandum esse apud deum. Id quod Christus

stus

stus nos in præscripta orationis formula satis docet, quum iubet, quenq; non suum solum, sed omnium nostrum patrem inuocare.

Et pro me.

Quemadmodū supra cap. 5. dixerat, se genua ad deū patrē flectere, ne ob uincula sua ab Euangelij doctrina deficerēt: sic nunc uicissim ab ipsis petit, ut pro ipso preces ad deū funderēt: ne propter catenā iniectam pusillanimitas in prædicando dei uerbo redderetur. Quo in loco magnā Pauli modestiam discimus, quā & nos sic imitari decet, ut uiribus nostris nihil tribuamus, sed toti à diuino auxilio pendeamus, idq; iugibus precibus imploremus. Quæ sequuntur nihil difficultatis habent, proinde tempus est, ut uela complicemus, & receptui canamus.

Τ Ε Λ Ο Σ.

IOANNES RHELLICANVS
 Christiano lectori salutem, & pa-
 catam conscientiam per
 Christum Iesum,
 optat.

QVandoquidem Christiane
 lector intelleximus Megan-
 dri enarratiōes in epistolam
 ad Galatas tibi non omnino ingratas,
 & inutiles fuisse: operam dedimus, ut
 & eas tibi ex pacto cōmunicarem, ut
 & eas tibi ex pacto cōmunicarem,
 quas idem in epistolam ad Ephesios
 sanè difficillimam scripsit. Quod au-
 tem serius quàm tu forsitan speraue-
 ras, illas accipis, hinc factum esse scias:
 quod in annotationibus in Iacobi epi-
 stolā describendis tibi quoq; (ut ex Ga-
 latarum commentationibus patet) de-
 stinatis, multum temporis frustra tritū
 sit. Interim nanq; Leonis Iudæ uiri
 cum

cum eruditi, tum p̄i opera, doctissime
annotationes Huldrichi Zuinglij in
lucem sunt æditæ. Porrò quemadmo-
dum Megander noster agri Bernensis
presbyteros in nūcupatoria Galatarū
epistola commonefacit, ne plus quam
par sit, cuiuscunq; tandem commēta-
rijs addicti sint: idem ego quoq; mei si-
mileis, hoc est, semidoctos admoneo,
ne magnam studij Theologici partē
in uoluendis, & reuoluendis homi-
num commentis, terant. Sed ubi per
eruditorū uirorum hypotyposes, ceu
manuductiones, & indices quosdā in
sacras literas uiam inuenerint, illas tan-
dē nocturna, & diurna manu uersent.
Sin autem in nodum aliquem difficilē
inciderint, eos uel ueterum, uel recen-
tiorū commentarios potissimē in con-
siliū adhibeant, qui succincta breui-
tate linguarum idiotismos, & dicendi
artificium

artificium ostendūt. Illis nanq̄ duobus
 adiutus pius lector, nullo deinde nego-
 tio in sanctissimis biblijs uersabit. Quū
 econtra ij, qui uerbosos, & imensos
 commentarios sine fine legūt, præter-
 quā quod rarò, aut nunquā hoc, quod
 quærunt, inueniunt, hoc etiam damni
 accedit: ut illud tempus, quod sacris li-
 teris ordinè, & continuè legendis de-
 bebatur, humanis cōmentis perlustran-
 dis impenditur. Vnde quid quæso tan-
 dem aliud eueniet, quàm quod superio-
 ribus seculis euenit: uidelicet, ut quem
 admodū tunc alius Scotista, alius Tho-
 mista, nullus autem Biblicus, & Chri-
 stianus erat: Sic & nos iam Lutherani,
 Zuingliani, & Muntzeristæ fiamus,
 non Theologi, & Christiani. Et quem-
 admodū in academijs papisticis multi
 in sacrarum literarū doctores etiam nū
 creantur, qui nullum unquam Euange-
 listam

Q listam

gelistarum in nouo, & Prophetam in ueteri testamento, per totum legerunt sed Holcotis, Bricotis, Bonauenturis, & reliquis portentosis commentatoribus legēdis occupati sunt: sic & nos uerbi ministros ita agamus, ut exercitatiores sumus in commentarijs siue priscorum, siue neotericorum, quā in sanctis biblijs. Nam tametsi ea, quæ nunc scribuntur, quantum ad pietatem, dictionis, & phraseos rationem adtinet, emaculatoria sint, quā barbarorum illorum impia scripta: nihilominus tamen idem error, & declinatio à sacris literis, etiam ex nostris commentatoribus oriri potest, ppter ea & humana cōmenta hominibus plus arrideant, quā diuina oracula. Quemadmodum itaq; is stultissimus sit oportet, qui quū Romam profecturus sit, in itinere circa omnēs Mercurii statuas, siue manus ferreas

reas

reas & uig indices, insistat, & statuarii
 solertiam admiretur, nunquã uero ur-
 bem, quò Mercuriales statuę indicant,
 adeat, & quemadmodum is, qui hede-
 ræ autē apothecam uinariam suspen-
 se, pulchritudinem suspiciat & in ea cõ-
 templanda immoratus, uinum, cuius
 prostantis hedera signum dũtaxat est,
 nunquam emat, & gustet: Sic & hi face-
 re mihi uidentur, qui huius, aut illius
 commentariis, qui nil nisi indices & isa-
 gogæ quædam in scripturas sacras esse
 debebant, per omnia immorantes, ac
 dictionis lenocinium, quod rectius ex
 Cicerone hauriretur, inde uenantes,
 sacras literas nunquam serio adeunt, &
 in uniuersum legunt. An nō igitur mul-
 tō satius esset, commentatorū delectū
 habere, ita ut contextu solo prius sum-
 ma cum diligentia perlecto, eos, ut
 dixi, postea consulerent, qui quam
 Q 2 bre

breuissime loci scopum, & linguarum
 schemata ostendunt, quàm per totos
 dies in uasto, commentariorum pela-
 go hinc inde errare. Succincte autem
 breuitatis commentatores inter Neo-
 tericos, absit inuidia uerbo, mea sentē-
 tia sunt, Erasmus Roterodamus in an-
 notationibus, & paraphrasibus in totū
 nouum instrumentū, Zuinglius & Oe-
 colampadius unà cum aliis multis, &
 doctis uiris, in aliquot ueteris, & noui
 instrumenti libros. His itaq; & Megā-
 dri nostri lucubrationibus eo, quo dixi
 modo, utēs pientissime lector, fortasse
 rectius in sacrarum literarū studio uer-
 saberis, ita ut tandē sine cortice nates:
 praesertim si linguarum peritiam, & bo-
 narum artium cognitionem tecum at-
 tuleris. Atq; haec optime lector non in
 hoc à me prodita sunt, ut quenquam si-
 ue priscorum, siue neoteri corum fugil-
 lem,

lem, aut cuiquam præiudicare uelim:
quorum alterum contra Paulum esset,
ubi inquit: Omnia probate, quod bo-
num est, tenete: alterum hominis inso-
lentis, ne dicam inciuilis, sed ut mei si-
mileis, ac fortasse inferiores, ad certā,
& utilem studiij Theologici rationem
inuitarem, cuius sanè rei deus mihi tes-
tis est. Proinde tuum fuerit Christia-
ne lector, quisq; es, fratris in Christo ad-
monitionem in meliorem partem acci-
pere. Vale, Datum Bernę in Nuich-
thonibus, 18 Aprilis, Anno
autē à Christi natiuitate

1554.

Q 3

lem, aut cupiam praedicta rebus
quorum alium condit, ad hunc
ubi inquit: O homo, quid
dum est, ceteris, et in dominis
lens, ne deum incedas, sed in
mors, ac forte in aeternum
et in aeternum, in hoc mundo
invenit, cum hinc et inde
ita est, Promissio in aeternum
ne lector, quod est in aeternum
invenit, in aeternum, in aeternum
per, Vnde, Dominus, in aeternum
invenit, in aeternum, in aeternum
invenit, in aeternum, in aeternum

INDEX RERVM ME-
morabilium omnium.



Academie scelerum sentinae

folio 151.

Ad Christum omnes perue-

niunt quomodo intelligendū 157.

Anabaptistę taxantur 60.

Anaxagorę dictum 146.

Animi motus refrenandi 61.

Albertus Burerius 152.

Aleander Seuerus integerrimus impe-
rator 102.

Alexander imposturas suas corā Chri-
stianis exercere noluit 181.

Angelis non omnia patefacta sunt ne-
que fuere 89.

Apostolorum emissio sine pera & bacu-
lo &c. declaratur 121.

Apostolus quid sit 121.

Aque lauacro mundati bifariam intel-
ligi potest 200.

Q 4 &

I N D E X.

& 201. & 202.

Arbitrium liberum nullum	II.
Arbitrium liberum	81.
Arrius ob ambitionem heresim instituit	140.
Armatura spiritus sancti	226.
Arrabo spiritus fidei nostræ	21.
Avaritiæ malum	169. & 170.
Augustini monasterium schola	150.
Augustinus de seruis & seruitute	216.
Auxilium in homine nullum	225.

B

Baptismi iactatores taxantur	49.
Baptismus pueris non est negandus folio	60.
Baptismo coimus	II. & III.
Baptismus signum initiale.	202.
Baptismus externus nullam gratiam nobis infundit	202.
Bellum iusta de causa Christianus magistratus gerere potest	255.
	Benedice

I N D E X

Benedicere 7.

Benedictio illorum qui parentes hono-
rant 213.

Berchtoldus Hallerus 133.

Bernense collegium 152.

Brugense studium 152.

C

Calumniator qui 158.

Campanarum pulsus quare excogita-
tus contra tempestatum uim 229.

& 230.

Caput ecclesie Christus quomodo 32.

Caro pro toto homine 39.

Catabaptistarum error de ecclesia sine
macula 203.

Catabaptistæ taxantur 121.

Catabaptistæ literarum osiores 135.

Cham filius Noë seruitutis autor
fuit 215.

Charitas pro fiducia & spe in deum ac-
cipitur 9.

Q 5 Christum

I N D E X

Christum quare Apostoli dominum uocent	108.
Christus omnia docuit, quæ ad iustifi- cationem nostri pertinent	15.
Christi solidum corpus simus	139.
Christus deus uerus	16.
Christi diuinitas	86.
Christus fundamentum fidei nostræ	71.
Christus patrem deseruit quomodo intelligendum	118. & 119. & 120.
Christus mediator	135.
Christiani ueri	54.
Christianorum amor	196.
Christiani augmentum	99. & 100.
Cibus immodicus	151.
Clypeus impenetrabilis fiducia in deum	236.
Coitus morbos generat	151.
Commentaria sint succincta	4.
Commentaria quando sint reuol- uenda	240.
Commentaria	

I N D E X

- Commentaria mercuriarum statua-
rum loco sunt 245.
- Commentaria cum iudicio legenda
sunt 240.
- Commētariorum multitudo plus ob-
est,quàm profit 241.
- Concupiscentiæ carnales nostri ho-
stes 228.
- Coniugalis amor commenda-
tur 209.
- Coniugum amor 205.
- Coniuges ambo sui officij admonen-
tur 207.
- Conscientiarum Christus rex 50.
- Consilium & industria humana non
damnatur 225.
- Consilia dei non perscrutanda 14.
- Consuetudo pijs quatenus cum im-
pijs habenda 178.
& 179.
- Corporalis præsentia Christi in pane
nulla

I N D E X

nulla	116.
CruX pro crucis supplicio	62.
CruX probat fideles	91.
CruX quare immittatur	194.
D	
Davidis industria	225.
Dei diuitiæ	38. & 39.
Dei initium & finem non inuestigan- dum	III.
Deus neminem à se reijcit	90.
Deus solus colendus	93.
Deus autor omnium	94.
Deus plus præstat quam petamus	101.
Dextera dei	26.
Diabolus autor malæ uitæ	34.
Diabolus in aëre quare	34.
Diabolo cur à deo potestas tentãdi	35.
Diabolus solum in impijs suam effica- tiam ostendit	250.
Diabolus insidiatur nobis latrocinan- tium more	227.
	Diabolus

I N D E X

Diabolus in quos potestatem habet at	35.
Dies malus	230.
Dilectio dei erga hostes	40.
Diuitiarum dei fons	42.
Diuitiæ non datæ ad oppressionem a liorum	224.
Diuitiæ spirituales quærendæ	84.
Diuorum cultus taxatur	45.
Doctor	126. & 127.
Doctores ambitiosi	139.
Dominus unicus Christus quare	108.
Dona dei imparia cur	112.
Donum dei unicuiq; pro modulo suo	113.
Duni ludum literarium	131.
E	
Ebrietatis uitium	189.
Ecclesiam non habentem maculã quo modo intelligendum	203.
Ecclesiæ Christus sponsus quomodo copulatus	

I N D E X

copulatus	210.
Ecclesiae uocabulum	31.
Ephesiorum epistola omnium profun- dissima	4.
Euangelista quis proprie	124.
Euangelij hostes crudelitate nihil effi- cient	76.
Euangelij profectus est spiritus dei	96.
Euangelij thesaurus imperuestigabi- lis	83.
Euangelij cognitio quid secum ue- hat	46.
Euangelij uox uarijs modis accipi- tur	77.
Euangelij prædicatio quare non tam clara ante annos aliquot fue- rit	79.
Euangelio ingrati destituuntur	80.
Euangelium solum pias conscientias pacificat	233.
& 234.	
Euangelizare	

I N D E X

Euangelizare pacem 64.

Eucharistia summa deuotione sum-
menda 49.

F

Falsi prophete proditores ouium 82.

Ferotia quale uitium 104.

Fidelium in cœtu nephanda non sunt
nominanda 180.

Fidei nomen pro tota Christiana reli-
gione 109.

Fidei scutum 235. & 136.

Fides antiqua & noua 109. & 110.

Fides Christiani descriptio 109.

Fides 43.

Filij lucis 175.

Filij dei germani 166.

Filiorum immorigerorum supplici-
um 213.

Furti nomen 159.

G

Galatarum in epistolam autor etiam
scripsit

I N D E X

scripsit	65.
Galatarum epistolam etiam Megan-	
der illustravit	239.
Gentibus occasio colendi deos mul-	
tos	112.
Georgius Calybreus	132.
Gladius uerbi dei	236.
Gloriadeo simus	22.
Gloria Christi participes erimus	28.
Gratia Christi saluamur	44.
Gratiæ dispensatio pro gratia	85.
Gratiæ mentio quare toties in Pauli-	
nis epistolis	44.

H

Hannibilibus astutia in præliando	227.
Hebræorum synagogæ mos in cõsti-	
tuendis prophetis	127.
Heli filiorum pœna	215.
Heliogaboli militum mores	102.
Henricus Leuinus	132.
Heri qui	215.
Hieronymus	

I N D E X.

Hieronymus Emporus 152.

Homo nouus 60.

Homo omnium creaturatum domi-
nus 215.

Homo putridus 161.

Homo spiritu Christi carens qualis 36.

Homo diuidendus in duas partes 152.

Homo internus 97.

Humanæ uires nullæ ad consequen-
dam salutem 66.

Hypocrite nocentissimi ecclesie hostes
folio 75.

I

Iacobi locus de fide sine operibus 98.

Idololatria 169.

Idololatriam Ephesijs obijcit 52.

Ignorantia dei fons omnis mali 147.
& 148.

Imago dei 154.

Imperator noster Christus 226.

Imperatoris officium 226.

R Impie

I N D E X.

Impietati qui studeant	177.
Impiorum opera	177.
Impiorum uox de supplicijs dei inferendis	172.
In orando spiritus prolationem uertorum præcurrat	257.
Inuidus sibi ipsi pœna est.	151.
Ioannis locus cap. 5. Nemo ascendit in cœlum &c.	118.
Ioannes Rhellicanus	132.
Ioannes Hospinianus	132.
Ioannes Vuirtzius	132.
Ionadab filii	212.
Iosephi putatiui patris Christi industria	225.
Ira dei pro pœna	172. & 173.
Israël spiritualis	67.
Iudeorum & gentium unus deus	59.
Iustificandi unica uia	95.
Iustificandi uim quare Paulus aliquando fructibus, aliquando fidei tribuat	221.
Iusticia	

I N D E X.

Iusticia nostra in Christo 114. & 115.

L

Labor manuum 160.

Legis abrogatio 57.

Lex mandatorum in decretis 56.

Lingue commoda & incommoda folio 160. & 161.

Linguarum cognitionis utilitas 141.

Luce locus in Actis de facultatibus ad pedes Apostolorum positus 29.

M

Macerie interstitium quod 55.

Magistratui non resistendum 235.

Magistratus nonnunquam sit asper in scelerato 105.

Malum, pro quicquid erumnosum est folio 187.

Mancipium quid proprie 215.

Manuetudo qualis uirtus 104.

Mariti christiani officium 198.

Maritus & uxor unus homo 206.

R 2 Mem

INDEX.

Membrorum Christi officium	106.
Mendacium omnis dolus	156.
Meritum Christi saluat	55.
Meritum humanum nullum	55.
Missa papistica euacuat meritum Christi	45.
Monasteriorum ueterum ritus	150.

N

Nature in Christo non sunt confundendæ	58.
Nobilium quorundam immanitas erga subditos eorum	222.
Nuptialis uestis	204.

O

Oblatione unica Christus satisfacit folio	115.
Occasio arripienda	186.
Occasionis deæ simulachrum	186.
Officiorum ecclesiasticorum finalis causa	155.
Officium Christiani hominis	194.

O ff

I N D E X.

Officium Christianorum	95.
Orandum pro omnibus sanctis	258.
Orare per spiritum dei discimus	101.
P	
Papa non est caput ecclesiæ	71.
Parentes ne tyrannice castigent liberos	214.
Parentes egeni à filiis sustentandi	212.
Parentis nomen in scriptura uarie accipitur	211.
Parentibus parendum in rebus iustis folio	212.
Parentum honor qualis	212.
Pastores	125.
Patrem in terra nullum uocemus quomodo intelligendum	95.
Patriarcharum fides in Christum	109.
Pauli modestia imitanda	258.
Paulus deprauatam hominis naturam quare tam diligenter describat	58.
Pax nostra Christus	54.
R	3
Peccata	

I N D E X.

Peccata etiam occulta nouit deus	182.
Peccata quibus non imputantur	204.
Peccatori solatium	90.
Pedes nostri, id est, interni affectus sunt	255.
Pedibus subiicere quid	29.
Philippi Macedonis in belligerando in dustria	227.
Pii multa ignorant & quotidie discunt folio	88.
Preputium uocari	48.
Propheta qui	123.
Propheta uarie accipitur	79.
Prophetarum collegia	127. & 128.
Psalmorem abusus	191. 192. & 193.
Puerorum educatio	212.
Puerorum castigatio qualis esse de beat	214. 215.
Pythagoræ celebre dictū de amicorū coniunctione	208.
	Quo,

I N D E X

Q

Quorum commentaria legenda sint
folio 224.

R

Reges & principes quare uerbo domi
ni contrarij sint 229.

Resurrectio 31.

Resurrectio spiritalis 40.

Resurrectio animæ & corporis 40.

S

Sacerdos spiritalis Christianus 69.

Sacerdotum peruersitas 75.

Sacrificium nullum pro mortuis 65.

Sacrificium nullum absque sanguine
folio 65.

Sanctificandi uerbum 9.

Sancti non inuocandi 93.

Sapiens quis 184.
& 185.

Sapientia quid proprie 12.

Sapientia summa 15.

R 4 Sapientia

I N D E X

Sapientiae humanae uanitas	24.
Satan nullam potestatem in pios ha- bet nisi domino concedente ipsis in bonum	230.
Satisfactio unica Christus	54. & 65.
Scriptura diuina cum timore deile- genda	122.
Scortator regnum dei non posside- bit	171.
Scortatio quale peccatum	173.
Sebastianus Lepusculus	152.
Seneca de benignitate erga fer- uos	225.
Seruitutem etiam obæratipatieban- tur	216.
Seruiendum etiam Ethnico	218.
Seruiendum non ad oculum	218.
& 219.	
Seruitus ratio belli calamitas	216.
Seruorum conditio à deo	219.
& 220.	
	Seruorum

I N D E X

Seruorum conditio	57.
Seruus à seruando	216.
Simon Sulcerus	132.
Somnium lethi frater	183.
Spes pro re sperata	107.
Spiritus sancti officium	20.
Spiritus reuelationis	24.
Spiritus sancti domicilium	153.
Spiritus mali sūt principatus &c. 228.	
Spiritus sanctos unanimes reddit folio	106.
Spiritus dei fructus	175.
Spiritus domini magnanimos red dit	96.
Spiritus solus hominem innouat	202.
Sydera cœli quare creata sint	146.

T

Templum sanctum est fidele cor	72.
Templum sanctum habitaculum dei	73.
Testamenti nomen quare scriptura u	

R 5 surpet

I N D E X

surpet	91. & 52.
Testamentiratio	57.
Triumphantium mos	114.
Tumultus & seditiones unde	64.
V	
Verbi dei duplex usus	237.
Verbi dei externa prædicatio	19.
Verbo dei Christianus muniatur	236.
Verbū dei insultus pseudopropheta- rum retundit	237.
Veritas non potest opprimi	92.
Veritas cingulus noster sit	231.
Veritas uocabulum	156.
Veritas cum fiducia in deum coniun- cta sit	236.
Veritas pro constantia	149.
Victimæ in lege typus Christi	166.
Vincula fidelium nos pusillanimes nō reddant	238.
Vir magnanimus	158.
Vita dei	147.
	Vinum

I N D E X

Vinum fomes scortationis &c. 188.

Vocatio iusta expectanda ministro
uerbi 82.

Vocatio gentium prophetis non inco
gnita 78.

Vrsus Volmlus 131.

Vxor altera pars mariti 208.

Z

Zouingense collegium 132.

Zuinglij de prouidentia dei libellus
folio 8.

Zuinglij libellus de uera & falsa religi
one 71.

Zuinglij libellus de uera & falsa religi
one 210.


F I N I S.


ERRATA

Folio 7. linea 18. & ille in libro. folio 17
 linea 15. pro iustis lege iussis. & linea 19
 lege hancce. folio 19. penultima linea
 lege ad Rhom. octauo. folio 25. lege
 μετέληψιν. folio 27. linea 10. per altera-
 tionem. folio 32. linea 8. lege per com-
 mutationē. folio 35. linea ultima lege
 Ioannes Apostolus. folio 36. lege Rho-
 manorum octauo. & ubiq; Rhomano-
 rum pro Rhomanos. folio 45. lege pri-
 ma Timothei.

IN SIDERE EXCIDENTE
HENRICA PETRAE MENSE
AVGUSTO ANNO
M.D.C.XIII

BASILEAE EXCVDEBAT
HENRICVS PETRVS, MENSE
AVGVSTO, ANNO
M;D.XXXIIII.





eys dorum domini locutus e: & uo euoniae





Th
91